







Sala V.T.
Gab. 14
Est. 9
Tab. N.^o 12














**JOANNES
PORTUGALLIÆ REGES.**

V.T.
14
9
12

JOAQUIM
PERGAMENOS

V.T.



JOANNES

PORTUGALLIÆ REGES
ADVIVUM EXPRESSI

CALAMO

A.P. EMMANUELE MONTEYR

LUSITANO

*Congregationis Oratorij Presbytero, Trium Ordinum
Militarium Examinatore, Regiae Academicæ Socio.*

C.ŒLO
A'GUIL. FRANC. LAUR. DEBRIE

PARISINO,
Regio & Academia Sculptore Inventore, Deliniato
Calco & Typo.

ULIS ST.
Typis FRANC
Engraviam Regiam
Statuim
Liberam

ANNO CCCCCXLII.
Solutis obtentis facultatibus.

T V





JOANNI V.
LUSITANORUM REGI
MAGNIFICO.



N T I B I
TE, TUOSque sistimus,

Ut quidquam
TE dignum sistamus.

Dignum TE Opus
Reddit materia;

Utque etiam reddat forma,
TIBI sacrandum.

V Quod enim
In TE desinit,
Si à TE incipiat,
Evadet

Omnibus numeris absolutum.

Non debuit
Alteri à TE
Esse dicatum,
Cùm

A' TE, & à TUIS fuerit dictatum.

Illud
TUI dictarûnt

Regum

Regum Exemplaria exhibendo;

TUque

Illorum exempla superando.

In eo

Majorum TUORUM

Insontant dotes,

Probitates , virtutes;

His ,

Quas advivum expressæ

Veluti loquuntur Icones ,

TUÆ respondent ,

Quasi Echônes ,

Cùm

Per quæ illi finierunt ,

Inciperes.

Regnum ,

Quod rexerunt , regis ;

Redivivos exhibes ,

Dum

Dum vivis;
Additusque Illis,
Illos addis
Major Illis;
TUOS enim Majores facis.
Eorum quilibet
TUI repræsentat partem;
TU verò
Illorum Compendium:
Unus multiplex,
Inter multiplices
Singulæris.
Agunt Illi
Alexandros , Cæsares,
Cæterosque Heroes,
Non ultrà progressuri.
TU
Eosdem agis,

Et ultrà progrederis.

Satisque foret,

Quòd

Ultrà posses,

Ut excederes.

Illi

Debent tempori,

Quòd

TE præcesserint;

TU TIBI,

Quòd

Eos

Prædecessores superes.

Unum verò

Eorum gloriam

Reddit incomparabilem,

Nempe,

TE genuisse;

Hanc

Hanc tamen
A' TE accepere;
Factum enim est,

Ut
Eorum sanguinis hæres
Eos quoque
TUÆ gloriæ Hæredes
Efficeres.

Ergo
REGUM OPTIME,

Ut
Ab Illis adepta,
Et à TE addita,
Per TE
Fiat sempiterna,
Accipe
Quem sacramus Librum,
Seu potius

Speculum,
Et Icones , & facta exhibens
TUORUM, & TUA ;
Idque etiam magnificentiaæ
TIBI augebis ,
Præ TUIS ,
Scilicet ;
Sacratum
Accipere à nobis.



Spes pium

Hecoue, & hys complices

THOURUET, & C. A.

I dyde certayn hys duncionis


THIR dedepeis, & C.

BESTIARIS.

Schediace.

Schediwm

Accipite a nos.



JOANNES I. PORTUGALLIE.
REX.



G.I.L. Debrie sculptor Regius inv. et sculpsit 1742.



JOANNES I. PORTUGALLIÆ REX.



JOANNES
Petri Primi
Lusitanorum Regis Filius,
Aprili mense natus,

JOAN. I.

A

Offendit

JOANNES

Ostendit,
Ut ille terris lœtitiam,
Ita se Patriæ
Aperire felicitatem.

Ulyssipo,
Urbs ea septicollis,
Dedit vagienti cunas,
Jam tum
Novo Incolæ
Aut ascensum,
Aut eminentiam præsagiens.

Undenis,
Ac ad discendum
Vix aptus,
Declaratur
Magister Equitum.
Cùm reptare desiit,

Equitibus

*Equitibus præesse cæpit :
Et bellis bullas,
Et prætextam mutavit sago.
Ab Eleonora in carcerem trusus
Intentatam sibi mortem
Evasit :
Insidias pertæsus,
Acquiescere non potuit,
Quin
Eas effugeret.
Fratriis dedecus
Vel ut expiaret,
Vel ut dedecoris
Suspicionem tolleret,
Ouriensem Comitem
Ferro transfodit ;
Eo forsitan ductus consilio ,*

*Regium ruborem
Non aliter reddi posse,
Nisi per sanguinem.
Defuncto Fratre,
Nutantes populos
Ad libertatem vocaturus
Fecit,
Ut JOANNES in vinculis
Fieret
Vox clamantis:
JOANNES scilicet Princeps,
Ab Hispano Rege detenus in carcere,
Qui
In vexillis depictus
Catenis oneratus,
Suis vinculis
Populos traxit,*

POR TUGALLIÆ REG.

5

*Ac strictius
Pro Defensore colligavit.
Munus acceptum
Ut impleret,
Et terrâ, marique
Suos defendere,
Ulyssiponensem arcem
Ratione victam,
Obsidione perterritam
Sine armis cepit;
Classemque oppositam fugavit,
Non tam ipse,
Quàm Cælum,
Quod,
Immissa peste,
Sibi suppetias advenit.
Ex Defensore*

Res

*Rex est proclamatus,
Adnitente in primis
Joanne illo à Regulis
Jureconsulto,
Qui
Stylo suo
Corruentem Rempublicam fulsit ;
Ut intelligent Potentes
Plus s̄epe debere se libris,
Quām armis;
Et nullam hostibus
Maiorem inesse calamitatem,
Quām à calamis ;
Siquidem
Valentiūs pugnatur stylis, quātelis.
Conimbricam ingressum,
Regem pueri salutarūnt ,*

Equitantes

POR TUGALLIÆ REG. 7

*Equitantes in cannis,
Mox viri pleni canis,
Sed non multò post
Hispanus in Conimbricam irruens,
Non paucos elinguavit,
Ignorans,
Nihil aliud esse
Linguas è civibus avellere,
Quàm famæ addere
Crudelitatem vulgaturæ.
Haud hac placatus,
Imò
Severiorem effrænis in pœnam,
Aliis manus, pedesque aliis
Amputari præcepit,
Eo forsitan astu,
Ut se*

*Ab eorum iælibus, & incuribus
Tutaretur.*

*Expiavit tamen immanitatem
Aljubarrota Pagus,
Ubi JOANNES*

*Cum Hispano de Corona disceptas,
Et coronam, & palmam reportavit;*

*Quam victoriam
Adverso sibi Soli vertendam
Dicitabat Hispanus,
Fateri coactus
(Vel invitus)*

*Adversus eum
Pro Lusitanis Cælum pugnare.*

*Hinc
Fusus, ac profligatus discessit,
Atratusque, atque pullatus*

POR TUGALLIÆ REG. 9

*Per septem annos incessit,
Seu ut eo modo
Suum mærorem ostenderet,
Seu ut quoquomodo
Nostros triumphos obscuraret.*

*Posthac
Urbes, Pagos, Loca
Vi, terrore, ditione
Aut Sibi JOANNES comparavit,
Aut restituit;
Excubiarum, & laborum pretio
Mercatus,
Vel Sibi adversantibus,
Felicitatem.
Nec
Hispanorum vis, aut multitudo
Hosce triumphos imminuit,*

*Quin adauxit ;
Cùm enim JOANNES
Et plures , & robustiores invasit,
Et plurimum , & robustiorum
Victor evasit ,
Quorum
Et vim domuit ,
Et cervicem calcavit ,
Non tamen pressit ;
Neque enim
Hostes voluit opprimere ,
Sed subdere , & inclinare.
Non pauci
Sponte sua victi
Sese tradiderunt victori ;
Rati ,
Fore sibi glorioius*

POR^TUGALLIÆ REG. 11

Tanto Principi libertatem sistere,
Quam vendere.

Interea JOANNES
Philippam
Angliæ atavis editam Regibus
In sceptri sociam, & coronæ
Elegit.

Pater Patriæ
Noluit eam Matre orbari.

Regnum,
Quod victoriis oneraverat,
Solus noluit sustinere;
Proinde
Conjugem addidit,
Ut
Utroque fultum
Permaneret.

*Et firmius, & elatius.
Quietis impatiens
Post victimum Hispanum,
Sacratus bellum adortus,
Lacepsivit Afros:
In Ceptam
Plenis velis contendens,
Vix eam obseffit,
Expugnavit,
Apprehensamque
E' Barbarorum potestate solvit,
Ut sanctiorem
Deo sacraret.
Dei jura roboravit suis,
Ut pareret, quibus par erat.
In Lusitaniam reversus,
Probè sciens*

*Non minorem esse virtutem,
Quam querere, tueri parta,
Regnum,
Quod acquisivit
Armatæ Palladis telo,
Togatæ tutelâ
Servare voluit.*

Idcirco

*Justiniani Codicem
Evulgari fecit,
Omnibusque Scientiis, & Artibus
Instrui curavit.*

*Strenuus ignorantiae hostis,
Non nisi validis, & disertis
Voluit imperare.*

*Fortitudinem
Dei timore roborans,*

*Et sapientiam
Pietati conjungens,
Exercituum Domino
Et vertit vi^torias,
Et retulit gratias,*

*Quas
Perennes habiturus
Exegit Monumentum
Ære perennius:*

*Scilicet
Monasterium Batagliæ,*

*Futurum posteris
Exemplum, & signum
Virtutis brachij,*

*Et
Virtutum animi.
Æquè ac Dominico,*

*Francisco deditus,
Huic*

*Leiriense posuit Monasterium,
In quo,*

*Si magnitudinem non cohiberet,
Ut Minoribus se aptaret,
Minus faceret.*

Virgini

*Ab Oliva nuncupatæ
Guimaranense sacravit Templum,
Ratus*

*Deberi Dei Templo
Regale Ædificium.*

*Ad illud,
Plura millia passuum
Pedibus conficiens,
In annum ventitabat;*

*Seque ipso
In libra ponderato,
Tantundem argenti pondus
Offerebat.*

*Scilicet
Appensus in statera,
Neque tamen
Inventus est minus habens;*

*Sed
Pluris hinc fuit habendus,
Et à posteris librandus.*

*Eo regnante,
Canonicorum Euangelistæ
Congregatio
Ulyssiponem adiit,
Ibique fulgère cœpit;
Accesserunt*

*Soli elucescenti Aquilæ Pulli,
Propriusque
Radios cùm ebiberent,
Quidni
Opera lucis ederent?
Bonifacium Nonum exoravit,
Ut in Metropolim
Ulyssiponensem Sedem
Erigere permiserit;
Sublimior Religionis spiritus
Haud posset non meditari
Ecclesiæ sublimitatem.
Annuit exoratus
Bonifacius,
Ejusque preces bonifaciens,
Inde Eum
Maximi fecit,*

*Libenter passus
Se
Concessionis gratiâ
Ab eo superari
Postulationis gloriâ.
Verus æquitatis æstimator,
Cùm reddiderit,
Quæ erant Dei, Deo;
Voluit etiam reddere,
Quæ erant Cæsarîs, Cæsari;
Decrevitque
Plura sibi Palatia ædificari;
Nempe
Ulyssiponense, & Schalabitânum,
Cinthicum, & Almeirinum;
Eaque omnia magnifica,
Sinminus*

Tanto Domino minora;
Neque enim Ars posset,
(Quamvis vellet)
Condere paria.
Pater Patriæ
Qui meruit appellari,
Miserorum etiam Pater
Debuit dici;
Ita enim
Egestatem sublevavit,
Ut in dubium
Verti possit:
An pluribus hostibus vitâ ademerit?
An pluribus Civibus vitam aluerit?
Veritus autem
Ne reus fieret Justitiæ,
Æquâ lance

*Clementiam, & severitatem
Trutinavit.*

Dum

Pro meritis utramque distribuit.

*In se conspirantem
(Velut olim Gigantes in Jovem,) Haud absimili*

*Punivit supplicio ;
Ministrato, pro fulmine,
Incendio.*

Neque enim nigrum adeo nefas

Aliâ deberet expiari pænâ,

Quâm flammâ.

Illustrem Cubicularium

Non tam in se ausum,

Quâm

Regiâ abusum,

*Cùm
E' Cupidinis
Non posset amovere incendiis,
Vulcani
Destinavit flammis:
Vel
Ut tam nefarii criminis
Atrocitatem clariùs ostenderet,
Vel
Ut patefaceret,
Ad tale flagitium plectendum
Vix hominum manus sufficere,
Et
Vi Elementorum opus esse.
Fortunæ
Non tam debtor, quàm Prudentiæ,
Securitatem quæsivit,*

*Ut inveniret ;
Nec invenit
Antequam quereret.
Palmas ,
Quas tulit ,
Labore , vi , & ferro secuit ;
Utque
Immarcescibilem coronā intexeret ,
Sudoribus irrigavit .
Duces ,
Se Duce , egregios fecit ,
Strenuissimosque præfecit ;
Quos inter
Nonium
Regni Comitem Stabilem
Constituit ,
Utpote cui*

*Debere se fassus est
Regni stabilitatem.*

Hic

Ille Nonius est,

Qui

*Multarum Copiarum Ductor,
Posuit tyrocinium victorias;*

Et

Post debellatos hostes,

Ne inglorius viveret,

Dum non pugnaret,

Sibi ipsi

Bellum indixit;

Innumerisque virtutibus stipatus,

De se ipso

Triumphum reportavit;

Non

Aperto Campo;
Sed
Carmelli inclusus Colle;
Ubi
Cilicum præferens baltheo
Cecinit receptui.

Interea
JOANNES,
Qui
Regnum sibi ædificavit,
Vidit illud
*Octo filiis è Philippa suscep*tis*,*
Quasi totidem innixum columnis.

Prima
Thalami fæcunditatem detexit
Blanca,
Quæ

(*Auroræ æmula*)

*Vix apparuit, disparuit,
Vix nitorem sparsit, abscondit,
Enatæque risus
Denatæ fletibus immiscuit.*

Huic,

(*Veluti Sol*)

*Successit Alphonsus,
Qui
Duo lustra emensus,
Immensisque
Virtutum splendoribus illustratus,
Bracaræ sepultus Augustæ,
Eam
Augustiorem reddidit,
Vivens moribus,
Mortuus cineribus.*

*Tertium obtinuit locum,
Qui
Etiam obtinuit Regnum,
Nempe
Eduardus,
Hæres
Paternæ Dignitatis, ac Virtutis.
Petrum
Assequuta est Conimbrica
Ducem;
Elisabethaque
Jamætis Comitis filia
Sponsum.
Præfuit Christi Militiæ
Henriquis
Visiensis Dux;
Joannesque*

*Regni Comes stabilis
Divi Jacobi Militiæ præfuit :
Pares fecit utique
Et natura, & gratia
Sanguine, & Dignitate.
Vidit Ulyssipo
Ferdinandum
Avisiensis Ordinis Magistrum,
Flevitque
Africæ catenis onustum,
Ibique mortuum;
Scilicet
Periit
Obstrictus vinculis servitutis
Ab illis,
Quos voluit trahere
Vinculis Charitatis.*


*Denique
Elisabetham
Adeptus est Sponsam
Philippus
Tertius Burgundiæ Comes,
Ut
Regna etiam extera
Lusitana Soboles
Illustraret;
Ac si Deus
Eam multiplicem indulserit,
Ut
Omnibus splendorem
Afferret.
Per id temporis
Evolvebatur annus
Millesimus quadringentesimus*

*Septuagesimus quartus,
Quo
Ætatis
Sextum supra septuagesimum
Enumerans,
Fati necessitatem
Elusit JOANNES;
Quippe qui
Licet obiisse videretur,
Seculorum omnium venerationem
Cùm promeruerit,
Adhuc vivit;
Ipsasque tenebras,
Quas
Pati debuit moriturus,
Deficiens sol
In se recèpit.*

*Tandem
Quiescit
Cum Regibus, & Principibus
Regali,
Quam ædificavit sibi,
Solitudine
In Monasterio Batagliæ,
Ubi
Etsi in pace quiescit,
Ad signum Tubæ,
Ut bellator,
Surrecturus.*



JOANNES



JOANNES II. PORTUGALIAE
REX.



G.F.L.Debrie sculptor Regius inv. et sculp. 1743.



JOANNES II.

POTUGALLIÆ REX.



O A N N E S
*Ab Alphonso Quinto,
Et Elisabetha
Lusitaniæ Regibus procreatus,
Non sine*

Peculiaris

*Peculiari mysterio
Nativitatis ordine*

Fuit tertius;

Ac si

Natura duobus præluderet,

Ut Eum

In lucem ederet.

Ulyssipone natus

Majæ dicato Mense,

Futuræ magnitudinis

Et à loco, & à tempore

Sortitus est signum.

Eloquens

Adbuc infans,

Potius ad docendum,

Quam ad discendum

Natus videbatur:

*Didicit tamen
Omnes scientias,
Ut*

*Nullo non modo
Fieret sapiens,
Naturâ, & Arte.*

*Patre
Doctore, & ductore
Posuit tyrocinium.*

*Regia Indoles
Quid non egregium spondèret
Regio magisterio, & exemplo?*

*Didicit utique
Mores regere,
Arma cæptare,
Hostes hostire.*

Zilam,

*Quam primam obsedit,
Expugnavit:
Ast
Disceptatum est diu de victoria;
Forsitan
Ut JOANNI
Gloriosior extiterit,
Dum
Multo sanguine Maurorum
Steterit.
Evidem
Tot hostias, quot hostes jugulavit,
Cùm acueret ut fulgur
Gladium suum.
Ex hoc tamen
Quòd
Luna tota facta est sicut sanguis,*

*Non abs re dixeris
A' Luna
Signum diei festi;
Namque
Ibi Alphonsus
JOANNEM
Obarmavit Equitem,
Ubi ille
Exarmavit equites;
Factumque est
Victoris præmium
Victoriæ instrumentum.
Ense donatus
Acquiescere non potuit,
Quin eum educeret,
Ut protegeret
Dei causam,*

*Et protenderet
Regni gloriam.*

Idcirco

*Taurensi (quod aiunt) prælio
In Hispanum exercitum irruit,*

*Quem,
Si non funditus evertit,
Magnâ tamen strage
In fugam convertit;*

*Et Patrem,
Patrisque aciem
In hostico laborantem,
Non viam inveniens,
Sed ense
Faciens*

Reduxit incolumem;

Forsitan

*Improbaretur temeritas,
Ni virtus probaretur pietas.*

*Jubente Patre,
Rex est appellatus;*

Verum

*Onus tituli admisit,
Et tituli honorem dimisit,*

*Nè
Gemino sole
Irradiaret Lusitania;*

*Novo tamen
Et justiori titulo
Rex meruit appellari,*

Cùm tituli honorem rejecit;

*Nemo enim
Dignius coronam cingit,
Quàm*

Qui abjicit.
Regnum,
Non ab hominum arbitrio,
Sed à Deo
Regnorum arbitro
Voluit accipere;
Ea propter
Imperij habenas non ante suscepit,
Quam
Pater è vivis sublatus
Eas reliquit.
Bis coronatus,
Utpote qui
Pluribus Regnis imperare dignus,
Ne
Majestati deesset
Honor debitus ,

*Induit Purpuram,
In simul & authoritatem.*

*Hanc
Regni Primores
Haud veriti sunt, uti par erat;*

*Imò
Propriâ abusi,
Ab illa verebantur.*

*Ast
JOANNES,
Ut innueret,
Se,*

*Quem Regem salutabant,
Non penes vocem
Esse Regem,
Ostendit
Se penes authoritatem.*

*Voluit
De eo omnes certiores reddere;
Nempe,
Regem esse solem,
Stellas Dinastas,
Qui
Non auctoritate propriâ,
Sed
A' Rege acceptâ,
Ceu luce à sole mutuatâ,
Deberent splendescere.
Præterea
Regum esse præcipere,
Clientum
Præcepta facessere,
Mentem explorare,
Nutibus obedire,*

*Servitute libera,
Fidelitate necessaria,
Obedientia cæca.*

*Verùm
Cùm*

*Nonnullos longè aliter se gerere
Animadverteret,
Animadvertisit in eos.
Verus æquitatis amator
Plus æquo sese extollentes
Non tulit.*

*Idcirco
Quorumdam capita dejecit,
Ut majestatem Regis
Demissè venerarentur.*

*Homo supra omnem timorem,
Quòd*

*Nihil sibi timuerit
Vel ab iis,
Qui
Plus timeri solent occisi,
Quam
Viventes.
Marchionis Montemajorenſis
Reipublicæ statum
Molientis convellere,
Effigiem præcepit decollare,
Ut
Illiſ ſimulacrum daret pœnas,
Cujus pedibus
Timor
Addiderat alas.
Immerito
Crederetur incolumis,*

*Cùm vixerit
Reus, profugus, exhonoratus.
Ducem Visiensem
Ut conjuratum examinavit,
Exanimavit;
Ne
Diu respiraret vivus,
Postquam
Perfidiae spiravit virus.
Non deberet tamen
Cadere Regis dexterâ
Homo mentis adeo sinistræ,
Nisi
Eo tantum
Quòd
Sola Regis dextera
Uno posset impulsu*

*Erectam perfidiam sternere;
Collapsamque Républicam erigere.
Post sedatos
Hosce tumultus
Non sedit;
Neque enim
Voluit tantum
Imperium pace quietum,
Sed
Bello etiam gloriosum.
Cælestium sphærarum motū
Ac si
Æmulator existeret,
Cùm illæ
Remetirentur Cælum,
Mensus est solum,
Et salum;*

*Siquidem
Guineæ explorandæ cupidus,
Quasi
Lusitaniæ
Confinibus angustatus,
Classem adornari jussit,
Cui
Jacobo Duce præposito,
Congi
(Ut appellant) Regnum
Detexit,
Lisiæque Coronæ addixit.
Primus Guineæ Dominus
Meritò appellandus;
Quippe qui
Primus animum appulit,
Ut Dei Fidem*

Illi appulerit.

Ea

Erat animi pietas,

Ut

Non tam sibi, quam Deo

Imperia acquireret,

Acquisita reformaret.

Idcirco

Primâ in Æthiopia Arâ

Ejus auspiciis

Vero Numinis sacratâ,

Reddidit Deo cultum,

Christo Templum,

Ecclesiæ honorem,

Sibique

Facti gloriam,

Quantumvis

*Et ipsam Deo verteret.
In ea Guineæ parte,
Ex auri copia
Mina appellata
Excitari jussit Castellum
Divo Georgio sacrum,
Eo scilicet
Ductus consilio,
Sua interesse
Arces extiruere,
Extrectasque
Divorum auxilio committere,
Ut starent.
In Mauros
Expeditionem decernens,
Azamorij Civium
Legatos recepit,*

*Per quos
Illi
Sese dedere exponebant,
Forsitan
Armorum formidine consternati ,
Vel potius
JOANNIS reverentia devicti.
Nondum tamen
Hisce trophæis
Extinguebatur satis
Gloriæ sitis;
Adeo vehemens erat,
Ut
Solo extingueretur Oceano.
Ea propter
Solvit è Tago,
Ut dominaretur*

*A' mari usque ad mare.
Unde gloriam exquisierit
Post superatos ultimos limites,
Nisi
Post ultimos fines?
Ad detegendum Orientem
Tres naves instruxit,
Promontoriumque Tormentorium
Detexit,
Quod
A bona (quam induxerat) spe
Bonæ spei Caput
Appellatum est;
Ut inter se convenirent
Nomen, & omen.
Nequam vero
In Indiam*

Intentatam viam relinquere,

Misit

Qui eam

Terrestri itinere detegerent.

Nimirum

Adeo suis confidebat,

Ut eos

Nullâ non viâ

In ardua mitteret;

Sciens

Idem esse mittere,

Ac

Meritis onerare,

Viasque fortunæ

Augere

Eorum, & suæ.

His autem

*Expeditionibus
Pecuniam
Adeo ingentem consumpsit,
Ut
Incertum judicatu reliquerit,
Fueritne
In acquirendis Dominiis solicitior;
An
In erogandis largitionibus
Liberalior?
Hisce
Exterorum benevolentiam traxit;
Domesticorumque
Voluntates obstrinxit;
Præsertim
Cùm
Magnâ grassante pestilentia*

In Provincia Transtagana,

Totus incumberet,

Ut eam extingueret.

Rectius ducens

Clientum vitae consulere,

Quām

Thesauros asservare;

Utpote cui

Utiliores videbantur

Virorum Copiæ,

Quām

Auri copia;

Magisque libranda

Vis ferrea,

Quām

Pondera argentea.

Hinc

*Bellica virtute præditos,
Ac
Animi præstantiâ distinctos
Et studio amplecti,
Et donis
Afficere solebat;
Ut
Regali indulgentiâ
Evaderent præstantiores.
Natalium splendore illustres,
Sed
Animi virtutibus deficientes
Ad Reipublicæ munera
Ineptos dijudicabat;
Eosque tantùm
Credidit dignos,
Qui*

*In R. Se ipsos
Fecerint benemeritos.
Civium constantiam amabat,
Animosque
Rectos, ac vividos
Non contundere, & deprimere,
Sed
Fovere, & attollere
Consuevit.
Sapientes, ac Doctos,
Quasi
Reipublicæ Astra ducens,
Regiæ Expeditioni admovit;
Quidque,
Nisi
Regni splendorem portenderet
Magna hæc Astrorum conjunctio,*

Cui
Præerat JOANNES
Ut Luminare Majus?
Jure tamen
Eum
Et solem, & sapientem dixeris,
Cum
Præcesset, & dominaretur Astris.
Uti litteris,
Atque armis,
Ita
Et opibus
Rempublicam stabilivit;
Utque
Faceret divitem
Quam fecerat pulchram,
Omni solicitudine

Commercium augere studuit;

Cum

Optime noverit

Haud aliter,

Quam

A Civium opulentia

Fieri Reges opulentos.

Ne tamen

Quorum utilitati consuleret,

Morum rectitudini

Non provideret,

In ludentes

Severe animadvertisit,

Aedesque publicas

Ludis prohibitis frequentatas

Cremari jussit,

Ne

Aedes

Ædes privatæ.

Noxiori cremarentur incendio.

Pauperum ægrotantium misertus

Valetudinarium magnificum

Ulyssipone ædificavit,

Ut

Noverint clientes

Illi debere vivere,

Cui

Debuerant valere.

Nullus fuit,

Qui

Eum

Irritâ prece rogaverit,

Imò

Nullus,

Cujus preces

*Non prævenerit,
Si
Præviderit.
Prævidebatque;
Suis siquidem
Invigilabat.
Monetæ
Regis specie,
Regnique stemmatibus cussæ,
Et pretio auctæ
Hanc inscriptionem adjecit,
Nempe,
Justus ut palma florebit,
Illique
Justi nomen indidit.
Profectò
Etsi*

*Inscriptio deficeret,
Satis
JOANNIS species
Justum indicaret,
Regnique stemmata
Pretium augerent.
Sacellum Aulicum,
Ad quod
Identidem oratus convenerat,
Magnifice
Instrui curavit,
Cùm
Non sineret
Regiam
Immodicâ supellec̄tili exornari;
Crediderim
Id sufficere,*

Ut
Hæc Regia universas
Longè vinceret splendore,
Nempe,
Adeo eximiâ nitescere pietate.
Inerat Ejus autoritati
Plus ponderis,
Quam
Aliorum Principum
Armis.
Nec mirum;
Quandòquidem
In Eo inerant
Omnium Principum
Virtutes.
Ad has
Imperatoris, & Imperij res

(*Utique magnas*)
Historicè conscribendas
Angelum Politianum
Egregium tunc temporis virum
Invitavit,
Ne deficeret fastorum nobilitas
Factorum nobilitati.
Tot Regni splendoribus
Ut
Lacem adderet illustriorem,
Jugales adjunxit tædas,
Verèque
Sponsus sanguinis factus,
Eleonoram
Ferdinandi filiam,
Duxit uxorem.
Quis neget,

*Strictius ab ea dilectum iri,
Cui
Duplici nodo
Meruit alligari,
Nempe,
Conjugio, & sanguine?
Alphonsum,
Quem
Suscepereat Filium,
Vix natum, & nuptum
Vidit ablatum.
Forfitan
Annosum æternitas creditit,
Dum
Merita numeravit,
Maturumque Coronæ abstulit,
Ne diutiùs*

*Terrenam cogeretur expectare,
Qui citius
Cœlestem poterat cingere.
Profectò
Non incongrue
Dubitares,
An cum Cælo
Officiis certaverit JOANNES;
Quippe qui
Eamdem citò
Illi
Prolem obtulit,
Quam
Diu dilatam
Ab illo accepit.
Successore orbatus,
Extremoque morbo appetitus,*


Ne Regnum
Omnimodam
Pati cogeretur orbitatem,
Illud
Emmanueli
Testamento legavit;
Cumque illo
Visum est
Legasse magnanimitatem
Etiam mortuo
Superstitem.
Tandem
Post expletos
Quadraginta ætatis annos,
Et octo menses,
Octavo Kalendas Novembris,
Anno

*Millesimo quadringentesimo
Nonagesimo quinto
Alborij occubuit,
Non sine
Venenis suspicione.
Forsitan
Tanti Viri fortitudinem
Mors reverita
Haud Illum
Aggredi auderet,
Nisi
Per dolum.
Vix tamen
Crederetur mortalis
Adhuc mortuus,
Cum
Reperiretur incorruptus.*

*Rex utique incomparabilis;
Amisit vitam,
Non verò
Integritatem!
E' Maxima
Ædium Sacrarum
In Bataliam translatus
Regio Conditorio quiescit;
Non tamen Ejus fama;
Quippequæ
Illiis laudes vulgatura
Æternū volabit.*



JOANNES



JOANNES III PORTUGALLIA
REX.



G.F.L.Debrie sculptor Regius invenit et sculpsit 1742.



JOANNES III.

PORTUGALLIÆ REX.



O A N N E S
Ab Ulyssipone locum,
A' Junio diem
Nasciturus accepit,

JOAN. III.

Iii

Natus

*Natus
Utrique rependit;
Hinc enim evasit
Civitas augustior , dies felicior.
Emmanuelem , & Mariam
Habuit Parentes ,
Adeo excelsos ,
Ut
Eum ederent ,
Qui
Eos excelsos reddiderit ,
Ni invenerit.
Adhuc Infans ,
Visus est Vir ;
Neque enim ætas
Discriminabat Infantem ,
Quem*

Mores effingebant senem.
A' natura, aut indole
Veluti instructus
Haud indiguit disciplinâ;
Habuit tamen
Ad Scientias, & Artes
Magistros apprime doctos;
Quippe qui
In Eo,
Scientiarum compendium
Exhibuerunt.
Ætate adhuc florens,
Sed conjugio
Jam maturus,
Duxit uxorem
Catharinam
Philippi Primi

*Hispaniarum Regis Filiam ;
Nullusque
Adeo par extitit hymenæus ,
Si Sponsorum
Trutinentur dotes
Cùm animi , tum corporis .
Illum tamen
Ita parem
Reddidit sine pari
Thalami fæcunditas ,
Quæ
Et Cælo , & Solio
Principes procreavit .
Scilicet
Cælo
*Elisabetham , Beatricem ,
Emmanuelem , Dionysium ,**

*Et Antonium ,
Raptos
Non multo post natos ,
Interque eos
Etiam
Spiritus Domini rapuit Philippum.
Solio vero
Joannem , & Mariam ,
E' quibus ,
Hæc
Hispano felicitatem peperit ,
Antequam ascenderet ;
Ille
Lusitano dolorem intulit ,
Antequam sedèret ;
Quippe quem
Decem & sex ætatis annos*

*Enumerantem
Mors abstulit;
Citò mortuus,
Maturarum rerum
Conditionem subiit;
Cùm propinquaret ad summum,
Necessum fuit
Properare ad exitum.
Sublimioribus virtutibus ornato
Nil supererat,
Nisi Cæli solium.
Attamen
JOANNES,
Ceu prolem
A' Deo commodatam, & repetitam,
Deo sponte restituit,
Cùm repetiit;*

Nec tot ictibus imminutus,
Nec tot verberibus fractus;
Haud aliter, ac rupes
In se furentes undas
Frangit potius,
Quam
Patiatur.
Idcirco
Defecit quidem prole;
Non tamen
Fortitudine,
Non integritate,
Imò
Pene incomparabili
Id perferens,
Propriorumque scelerum
Supplicio ducens,

Perennes deducebat lacrimas.

Meritò

Verteretur in dubium;

Fueritne

Regiae pietati laudabilius

Commissa scelera flere;

An

Tot natorum funera

Siccis oculis spectare?

Siquidem

Spectavit etiam

Emmanuelem

Vix in lucem editum,

Luce functum.

Neque tamen

Hunc,

Et Eduardum

Flevit natos,
Nisi,
Quia nothos.
Prior
Innocens sublatus est,
Quin malitia
Mutaret intellectum ejus;
Posterior
Bracharensi Infulâ insignitus,
Ovium curâ
Longè sedulus,
Historiarum
Apprimè doctus,
Vitâque probatissimus
Satis erat,
Ut JOANNEM
Redderet felicem;

Percamus *Et quidem*
Uterque
Feliciorem redderent,
Ni
Patrem dicerent;
Justiorem,
Ni
Pænitentem facerent.
In hoc rerum cardine
Non quievit,
Sed
Regni vires ad augendas
Totus incubuit.
Quid,
Nisi fortitudinem
Meditaretur Rex fortissimus?
Quid,

*Nisi populorum incolumentem
Populi columen?
In iis,
Quas fundavit,
Civitatibus,
In iisque,
Quas
Obsidione devicit,
Nonnullas arces
Extrui præcepit,
Ut servaret incolumes,
Quas
Sibi fecerat vectigales.
Crediderim tamen
Regno,
Cui
Tantus præerat Imperator*

Nullum opus esse munimentum,

Cùm

Ejus tantùm reverentia

Tutius fuerit

Munimen.

Bello

Nullus Illo fuit felicior;

Nullus siquidem

Fuit justior.

Non plures reportavit victorias ,

Quia plures

Non ausi sunt hostes

Appetenti resistere ,

Resistentem appetere.

Solo nomine

Pressit rebelles ,

Cohibuit effrænes ,

*Ac
Amicâ pace
Timorem incutiens,
Omnium benevolentiam traxit,
Quin extorserit.
Universos Europæ Principes
Habuit cultores,
Dum coluit universos,
Interque eos
Voluit esse nullius,
Ut esset omnium.
Erat utique
Ejus benignitas
Singularis
In singulos
Cùm Exteros,
Tum*

Nullum Domesticos,
Quorum
Æque dominabatur voluntatibus,
Ac dilgebatur mentibus;
Cùmque
Ad Regem noverit spectare,
Et Patrem, & Judicem
Clientum gerere,
Ut Pater
Supplicia
Amore temperabat;
Utque Judex
Crimina
Severitate puniebat;
Profectò
Munus utrumque miscuit,
Non confudit,

*Cùm
Juris publici Judicem,
Jurisque privati Patrem
Adeo exactè perageret,
Ut nemo
Quemquam impunè offenderit;
Neminem
Quisquam injustè oppresserit.
Eapropter
Magna cura
Fuit illi Curia;
Nullaque elapsa est hebdomada,
In qua
Eam semel non adiret,
Ut judicio de reis
Interesset.
Horum sæpe misertus;*

*In clementiam potius,
Quam
In severitatem
Vergebat,
Eosque
Aut omni supplicio absolvens,
Aut leviori afficiens,
Dicitabat,
Potius velle
Reos
Facti paenitentes,
Quam factis
Detestabiles;
Clientes
Potius beatos
Adeptione boni,
Quam*

*Depulsione mali ;
Subditos
Potius affectos
Ad Reipublicæ munera ,
Quam' infectos
Atrocitate pœnae.
Eo ductus consilio
Abrogari fecit legem ,
Latronum fronti
Maculas inurere jubentem ;
Ne
Ruborem adimeret sceleratis ,
Incuteret correctis ,
Et utrosque
Denigrans ,
Semel reos ,
Perpetuò redderet mulctatos.*

In illis
Nemo utique
Humaniorem exhibuit pietatem ;
Siquidem
Ea est divinior,
Quæ
Potest parcere, cum vult;
Eaque humanior,
Quæ vult,
Cum potest parcere.
Hac consuetudine ignoscendi
Factum est,
Ut corrigeretur
Consuetudo peccandi;
Quam quidem felicitatem
Obtinuit JOANNES
Non paenâ,
Sed pietate.

*Sciebat
Principum fortunam
Plurimis amicis indigere,
Eosque
Solerti quadam sollicitudine
Studuit feligere;
Dumque
Pararet plurimos,
Peperit universos;
Neque enim,
Nisi ingratus,
Non diligeret Eum,
A quo
Ardenter amari videbatur.
Ast,
Quod utique præstantius est,
Non Eum*

*Diligebant omnes
Amore sui,
Sed
Illi⁹;
Quasi
Sublimitatem objecti
Non aliam arbitrarentur
Dec̄ere charitatem,
Nisi
Sublimiorem;
Eam scilicet,
Quæ
Non ab spe,
Sed à Fide
Proficiuntur.
Hinc facile est conjicere,
Qualem*

*Erga Deum, ac Divos
Exhibuerit pietatem,
Qui
Ante annos,
Naturâ
Eam videbatur induisse.
Extant,
Illam veluti probatura,
Regia plane monumenta;
Scilicet,
In Oppido, quod Almeyrinum dicunt,
Templum,
Xenodochium, & Nosocomium;
Quæ
Virginis absque labe Conceptæ,
Sanctisque Martyribus
Rocco, & Sebastiano*

Sacravit

Sacravit;
Neque enim
Voluit tantum
Pietate privata sibi proficere;
Sed
Publicâ etiam
Omnibus prodesse.
Idcirco
Xenodochium
Iis viduis,
Iisque pauperibus destinavit,
Quos
Natura fecerat nobiles,
Fortuna pauperes;
Ut ita
Paupertatem redimeret,
Nobilitatem soveret;

*Cùm
Naturam adjuverit,
Fortunamque correxerit.
Nosocomium vero
Iis militaribus,
Quos
Bellum reddiderat languidos,
Aut imbecilles,
Ut ita
Eorum servaret vitam,
Qui Regno servando
Salutem impenderant.
Hisce pietatis monumentis
Confraternitatem addidit
Eidem Virgini,
Sanctisque Martyribus sacratam,
Cui*

*Se primum adscriptis,
Non ut omnes præcelleret,
Sed
Ut pietate alliceret,
Ac
Post se traheret;
Acciditque,
Ut res voto responderet;
Namque
Allectis, & adscriptis
Reginâ, Ludovico Principe,
Regnique Proceribus,
Brevi
Confraternitas evasit
Illustrior, & numerosior;
Nulla siquidem vis major
Pietate verâ est.*

*Tot hæc
Regiæ pietatis
Extant monumenta,
Verè præclara;
Extarentque
Alia præclariora,
Ni ea
Adeo fecerit arcana,
Ut
Uni Deo, cui fierent,
Patefierent.
Illud verò
Nulli non patet
Pietatis ac religionis
Monumentum,
Sæculorum perennitates
Æmulaturum,*

Nempe
Sanctissimum Fidei Tribunal,
Quod
In Lusitaniam adduxit,
Summisque honoribus affecit;
Scilicet
JOANNI
Debet Lusitania
Hanc Davidicam Turrem,
Ex qua
Mille clypei pendent,
Quibus
Se protegunt Lusitani.
JOANNI
Debet Ecclesia
Hunc,
Quo obarmatur, gladium,

*Quo exarmat
Infidelium phalanges,
Quo jugulat,
Amputat, ac excidit hæreses.*

JOANNI

Debet Fides

Hoc illustrium propugnaculum,

Quo

*Obsequentes protegat,
Adversantes destruat.*

JOANNI

Debent jura Divina

Actorem vigilem,

Et Protectorem Strenuum,

Quo

*Honorata substiterunt,
Nunquam non substitura.*

JOAN-

JOANNI

*Debent etiam hæretici
Errorum tenebris obcæcati,
Perversitatis veneno infecti,
Ignorantiæ abyssis consepulti,*

Abyssis exurgere,

Venenum evomere,

Tenebras dispellere;

At JOANNES

Debet soli Sibi

Tanti operis gloriam,

Quam

Non sibi, sed Deo vertit,

Cui

Vertendam censuit.

Stare tamen haud potuit

Post Fidem stabilitam,

*In Quin etiam acciret
Qui eam servaret;
Adduxitque ad Lusitaniam
Societatem JESUS,
Nuper conflatam.*

*Illam scilicet Societatem,
Quam
Deus mundo intulerat,
Ut collapsam
Erigeret Fidem.*

*Hanc
Suum JOANNES
Attulit in Regnum;
Aptiorem squidem credidit,
Ut firmaret,
Ne corrueret.*

Vidit

*Societatem
Et Fabros,
Et milites alios designasse,
Qui
Arma conficerent,
Ut Fidem adstruerent;
Hosque Fabros
Sibi adjunxit ut operarios,
Hos milites,
Ut auxiliares.
Vidit
In Monte Martyrum conceptam,
(Adeo excelsum fuit
Ejus exordium)
Primos, quos genuit,
Fidei destinasse,
Ut*

*In remotiores Orbis plagas
Eam inveharent,
Dum vitam viverent;
Firmarent,
Dum mortem oppeterent;
Hosque primogenitos,
Ceu electionis vasa
Deo plena,
Elegit,
Ut in Indiam solverent,
Et ad exterias gentes
Fidem portarent.
Haud tamen,
Dum exterorum memor,
Visus est
Domesticorum immemor;
Siquidem*

*Elegit etiam
Præsules probatissimos,
Qui Populum instruerent,
Ne
Parvulis panem petentibus
Deesset qui frangeret.
Ut gregem,
Quem sibi
Dominus commiserat,
Pastoribus distribueret,
Quosdam instituit Episcopatus,
Nempe
Portalegrensem, Leyriensem,
Ac Mirandensem;
Elboramque
Sedem Archiepiscopalem constituit,
Ut ita.*

*Pastores
Proprias Oves
Facilius noverint,
Ad pascua adduxerint,
A' lupo servaverint.
Qui
Adeo sedulus
Providebat clientum moribus,
Haud poterat
Non providere mentibus;
Cumque
Optime sciverit,
Altiorum animi partem,
Qua
Etiam Divina percipimus,
Oportere
Universis imbuere disciplinis,*

*Statuit
Universorum
Ex colere mentes;
Eaque mente
Ex Ulyssipone
Transtulit in Conimbricam
Scientiarum scholas
A' Dionysio
Felicis recordationis
Ibi fundatas.
Primos litterarum progressus
Dum meditaretur,
Earum officinam transtulit,
Ut exinde
Promovèret.
Designavit Disciplinarum Choro
Solitudinis recessum,*

Ut ibi



POR TUGALLIÆ REG. 101

*Ut ibi
Resonaret suavius,
Ubi
Arma, lites, negotia
Non obstreperent.
Nempe
Scientiarum tyronibus
Platonicum silentium convenit,
Ut
Cùm oportuerit
Opportune loquantur.
Ut verò
Digniori domicilio
Palladem hospitaret,
Regium commodavit Palatum.
Qui
Militiæ*

Admisit

Admisit armatam,

Domi

Non poterat

Togatam non admittere.

Profectò

Facta est Domus Sapientiae

Domus Regia;

Quam enim

JOANNES

Sibi adificavit,

Sapientiae indulxit;

Nec tamen

Columnas excidit;

Imò erexit;

Eas scilicet,

Quibus

Fas est inscribere

*Non plus ultra;
Siquidem
Scientiarum amor
Non plus extenditur,
Cùm plus intenditur.
Hanc
Regiam Academiam,
Seu
Sapientiae Domum
Ut JOANNES
Totam illuminaret,
Fulgentiores
Conduxit Magistros,
Quos posuit,
Quasi lucernas accensas,
Ut lucerent omnibus,
Qui in Domo erant;*

*Factumque est,
Ut
Tot facibus
Artes omnes,
Et scientiæ
Illustriores fierent
Quæ antea,
Si non omnino
Tenebris immersæ,
Non parum tamen
Obscuratæ fuerant.*

*Hinc
Solidior Theologia,
Argutior Philosophia,
Tutior Jurisprudentia,
Cæteræque omnes
Aptiores evasere,*

*Ut JOANNI
Gratias agerent;
Scirentque,
Quas deberent.*
*Interea
Majora meditantis
Vitam,
Non gloriam,
Mors extinxit.*
*Sensit ictum omnis Lusitania,
Solus JOANNES,
Qui accepit,
Non sensit,
Scilicet
Maximo in discrimine
Constitutus,
Haud posset non videri*

In sensibilis;

Ut

In perferendis adversis

Illa præbuerit exempla moriens,

Quæ præbuit

Dum vixit.

Eatenus

Unamquamque sibi diem

Arbitrabatur supremam;

Idcirco

Minime fuit commotus

Morte

Etiam repente

Appetitus;

Erat siquidem

Ejus faciem

Contemplari assuefactus.

*Ast
Adeo sedulus
Eâ die
Deo vacavit,
Ut solidam
Deo impenderit;
Ac si solam
Sibi superesse
Præviderit.
Hincque
Non absre erit,
Eam,
Quæ mortalis vitæ
Ultima extitit,
Primam
Felicitatis æternæ appellare.
Oppressit Eum Appoplexia,*

808 JOANNES

*Quæ ita sensus obstruxit ,
Ut statim
In spiritum emiserit .
Illa præcepit. Non moriens
Non adeo facilis exitus foret ,
Ni caro non senserit .
Hæc est severæ mortis conditio ;
Scilicet ,
Heroes ,
Quos
Sensim dejicere diffidit ,
Uno impetu prosternit ,
Quos
Palam non audet aggredi ,
Insidiosè opprimit ;
Ea tamen
Erat JOANNIS magnitudo ,*

*Ut mors ipsa
Eo repento vulnera
Veluti profiteatur,
Se
Cœco impetu irruisse,
Minimeque ausuram,
Si
Tantam adverteret
Majestatem.
Profectò
Siquâ usquam oblivione
Deleri posset
Adeo memorabilis vitæ
Factura,
Crediderim
Unâ tantum
Hujus*

JOANNES

*Immaturæ mortis memoria
Delendam.
Solet namque
Dolorum acerbissimus
Aliorum acerbitatem,
Si non abradere,
Ad augendum tamen cruciatum
Inse recipere.
Ulyssipo,
Quæ
Eo gloriabatur nato,
Flevit mortuum.
Præbuit cunas infanti,
Tumulum Regi.
Fatale hoc
Hominibus sæpe accidit;
Plusquam fatale*

Regibus


POR TUGALLIÆ REG. III

*Regibus accidere !
Evolvebatur annus
Millesimus quingentesimus ,
Quinquagesimus octavus ,
Quo etatis
Enumerabat quinquagesimum.
Si gestis
Anni conferantur ,
Breves videbuntur ;
Sed
Brevi etiam
Sol
Longissimum spatiū
Emenſum relinquit ,
Cūm occidit ;
Solisque ad instar
JOANNES*

Brevi

*Brevi vivens,
Innumera gessit,
Conditusque jacet
In Occiduo,
Nempe
In Monasterio Bethlemico,
Regio Sarchophago;
Sæculo mortuus,
Desiderio
Immortalis.*





JOANNES IV. PORTUGALLIE
REX.



G.F.L. Debrie sculptor Regius inv. et sculp. 1743

V.T.



JOANNES
Serie
Octavus
Brigantinorum Ducum,

JOAN. IV.

P

Nomine

JOANNES

*Nomine
Quartus
Lusitanorum Regum,
Theodosium, & Annam
Habuit Parentes,
De quibus
Dixisse sufficiat,
Eâ præditos felicitate,
Quòd
JOANNEM generaverint;
Eâque virtute,
Quòd
Edocuerint.
Calipolis
Ei præbuit cunas,
Quas
Ille rependit,*

Dum Patriam dixit,
Regiam fecit.
Eo tempore,
Quo sol
Ardentiore fulget lumine
Natus est.
Forsitan
Tunc ardenter elucesceret,
Ne,
Novo exoriente sole,
Videretur obscurior.
Exin
Meritò diceretur ver
Gratius hoc flore,
Fœcundius hoc fructu,
Beatius hoc partu.
Nascituro

*Contulit diem
Mensis à Marte dictus,
Ac si
Illustrando victoriis
Omnis deberet dies
Esse Martialis.
Præclaras animi dotes,
Quas habuit congenitas,
Vel puerascens
Non habuit otiosas;
Quasi
Jam primoribus annis
Duceret lineas,
Quibus
Virtutum suarum effigies
Posset depingi.
Exactâ pueritiâ,*

*Aloysiam
Ducum Medinæ Sydoniæ Filiam
Duxit uxorem,
Ita sibi similem,
Ut
Uterque spiritus
Videretur unus;
Cùmque
Ex similitudine
Mutuus oriatur amor,
Haud inter eos
Discerni potuit
Uter plus diligeret,
Aut
Diligeretur plus.
Fultus
Naturæ, & gratiæ*

*Dotibus verè maximis
Ad maxima pervenit,
Et quin speraret,
Quæ summa sunt,
Obtinuit.*

*Namque omissis
Ambitu,
Imò & desiderio,
Justitia
Non tam contulit,
Quàm
Reddidit Imperium.
Gemebant sub Hispanorum jugo
Lusitani,
Sive
Hominum incuria,
Sive*

*Arcanâ Dei providentiâ.
Verùm
Cùm
Fugi pondus
Eò videretur intolerabilius,
Quò
Juris ponderibus
Erat infensiùs,
Animos impulit
Diuturna sceleris impunitas,
Evasitque
Lusitanorum robur
Æquè effrænatum,
Atquè fuerat oppressum.
Ad JOANNEM
Contendunt Regni Optimates;
A' quo enim,*

*Nisi ab Optimatibus
Decerni posset,
optimum factum?*

Eum

*Sibi Imperatorem exorant,
Quem elegerant.*

Non

*Nisi summis viris
Parere assueti,*

Non,

*Nisi JOANNEM
Eligerent, cui parerent.*

JOANNEM,

Qui

*Atavis editus Regibus,
Ne Majoribus minor foret,
Æquum erat,*

*Ut Majores illos agnosceret
Tempore,
Non
Potestate.
JOANNEM,
Cui
Nil nisi Regis nomen
Imperium adderet;
Quandoquidem
A' se ipso Dignitatem haberet.
Forsitan
Eam sibi satis ducens,
Imperare recusavit;
Ne
Id subditi habere videretur,
Nempe
Imperium offerentibus*

Obtemperare.

Profectò

Erat adeo sublimis,

Ut non indigèret

Solij culmine;

Adeo egregius,

Ut nihil pene interesset

Inter Ducem natum,

Et

Regem futurum,

Regibus ortum,

Et Regibus

Succedaneum.

Attamen

Id honoris (utique magni)

Ab Electoribus habuit,

Scilicet

Dignior

Dignior Imperio haberis;
Namque
Ille dignior habetur
Qui
A prudentia oculata eligitur,
Quam
Qui
A fortuna cæca destinatur.
Hinc verò
Electionem,
Quantumvis liberam,
Fas erit
Dicere necessariam;
Non enim
Posset non eligi
Qui
Non posset occultari.

*Egregiæ meruerunt virtutes
Suffragia,
Formaque
Addidit virtutibus merita ;
Illæ
Præstiterunt ut oportèret ;
Hæc autem
Ut deceret ,
Eum Regem constituere.*

*Denique
JOANNIS electionem decorant
Quòd fuerit
Ab infantibus prædicta ,
Miraculis detecta ,
Et
Non cubiculis ,
Sed Templis peracta .*

Quasi

*Deus ipse velit,
Non hominibus verti,
Sed sibi.*

Idcirco

*JOANNES precibus annuit,
Humeros oneri supposuit,
Caput Coronæ submisit.*

Præterea

*Concussæ Reipublicæ misertus,
Imperijque ruentis
Dolore agitatus,
Credidit,
Non licere sibi nolle,
Cùm posset
Reparare.*

Communis utilitas, non propria,

*Patriæ gloria, non sua
Mentem impulit,
Voluntatem deflexit.*

Credidit

*Id maximum sibi commodum
Regiam afferre Dignitatem;*

Nempe

*Indigentium incommoda
Veluti è superiori specula
Posse videre;*

Eisque

*Superiori indulgentiâ
Providere.*

Ea propter

Sceptrum

Non tam admisit,

Quàm

*Non rejicit.
Eo collato,
Statim è collo
Hispanum excussere jugum
Lusitani,
Seque
Subdiderunt novo Regi,
Cui
Nihil supererat dominaturo,
Cùm antea
Fuerit dominatus
Et mentibus, & cordibus
Spontè deditis,
Libere mancipatis.
Habuit tamen
Clientes
Eò sibi libentiùs addictos,*

*Quò ab alienis sua
Feliciùs abstractos.
Eisque,
Ne acceptum
Non rependeret Regnum,
Oblatum amore
Sustinuit fortitudine.
Primo Decembris die
Inclamatus est Rex ;
Idemque dies
Primus fuit Lusitanæ libertatis,
Supremusque servitutis.
Profectò
Dupli gaudio lætus ;
Quippe qui
Principem abstulit alienum,
Dedit proprium.*

*Omnibus Regni Provinciis
Rei series
Visa est mirabilis ,
Fuitque
Stupore accepta ,
Plausibus celebrata.
Cœperunt
Alij concursare ,
Alij nunciata referre ,
Alij
Lachrimas præ gaudio diffundere.
Ubique
Videbantur Aræ incendi ,
Thura cremari ,
Dona offerri ,
Deoque
Grates persolvi*

*Utpote cuius
Unigeniti brachium
E' Cruce extensum,
Credebatur,
Et jacens Imperium sustulisse,
Et novum Regem confirmasse;
Cui enim
Non videretur
Hæc mutatio dexteræ Excelsi,
Manusque Domini
Esse cum JOANNE?
Interea
Illuxit sextus Decembris dies,
Quo
Ulyssiponem ingressus
Novus Rex
Secum attulit splendorem,*

Salutem, incolumitatem.

Mox

Illi sese obvium

Triumphus effudit;

Neque enim sexus,

Aut ætas, aut valetudo

Quemquam detinèret,

Cùm

Omnes amor excitaret.

Post

Sexagesimum captivitatis annum

Æquum erat

Novo Regi gratulari,

Ceu

A' Deo misso,

Ac è Cælo elapso,

Ut redemptionem afferret

Populo suo.
Non diu fuit,
Quin Eum
Iterum vidèrent Lusitani;
Scilicet
Decimo quinto Decembris die,
Nullis non fastis memorabili,
Populus qui ambulabat in tenebris
Vidit lucem magnam.
Eo die
JOANNES
Capiti Coronam aptavit,
Deoque,
Cui debitam censuit,
Ut offerret
Ad Metropolim contendit,
Ibique

Ante thronum misit.

Heros,

Qui conscenderat solium

Illis gradibus,

Quibus

Conscenditur Cœlum,

Haud aliter gratularetur Deo,

Nisi

Desumpto

A Cœlestibus Coronatis exemplo.

Dum tamen

Sacrum aditurus Templum

Regio comitatu stipatus

Equitaret JOANNES,

Factum est,

Ut

Usquequaque opplerentur viæ;

Nemo siquidem fuit,

*Qui
Regium visurus sessorem
Alacriter non exiret,
Certatim non accurreret.*

*Nec mirum;
Quandoquidem
Omnium compedes
Fregerat JOANNES.*

*Illum
Indicabant parvuli,
Ostendebant juvenes,
Mirabantur senes,
Celebrabant omnes;
Ipsaque tellus
Forsitan motibus exultaret,
Si mens foret,*

*Novoque à Domino
Stabilitatem non indueret.*

*H*isce plausibus
Gubernacula fluitantia recipiens,
Statuit JOANNES
Omnibus se gratum exhibere;
*U*susque
Severitate benignâ
Facentes sustulit,
Nutantes solidavit,
Separatos collegit;
Nec fuit
Qui,
Non manserit,
Aut supplicio domitus,
Aut pietate devictus,
Aut metu quietus.

*Regni Reparator
A' Lusitanis appellatus,
Et ab Exteris notus,
Nomen accepit
Potius à Jure, quam à Sorte;
Eoque
Haud fas erit
Quemquam postea insigniri;
Etenim
Nostræ libertatis Assertor
Recuperatum à se regnum
Ita firmavit,
Ita munivit,
Ita solidavit,
Ut
Nullam posthac ruinam
Pertimescat,*

*Quæ
Indigeat Reparatore.
Fuerint olim appellati
Pisones, Frugales;
Lelij, Sapientes;
Pij, Mettelli;*
JOANNES
*Unâ Reparatoris appellatione
Has omnes sibi vendicat,
Quæ plures complectitur.
Primos imperij annos
Assiduo labore confecit,
Nec
Illo territus umquam defecit;
Imò
Ut sol
Consistere non potest;*

*Ita JOANNES
Continuis laboribus,
Et in se
Quodam orbe redeuntibus,
Impatiens erat quietis.
Innumera,
Quæ gessit bella
Solus noverit,
Qui victorias numerabit;
Easque
Tanta celeritate comparatas,
Ut videatur
Milites
Palmarum aviditate convolasse,
Tantumque Regis auspiciis vicisse.
Prælium autem,
Quod appellant Montigij.*

*Ejus nomen
Numquam
Non reddet commendabile,
Cùm enim
Lusitanus exercitus
Fuerit numero longé inferior,
Attamen evasit viator;
Erat siquidem virtute potior.
Hinc
Commune apud omnes
Invaluit effatum;
Victorias comparare,
Non numerum,
Sed JOANNIS auspicium;
Duceisque,
Proposito qualicumque prælio,
Certum sibi*

*Spondebant triumphum,
Non tam proprio fisi robore,
Quam
Regis felicitate;
Quæ,
Numinis instar,
Videbatur
Hostes exanimare,
Clientibus animos ingerere.
At JOANNES,
Non sibi, sed Justitiæ,
Quæ
Pro illo certabat,
Triumphos vertebat,
Eà ductus mente,
Quod
In tam dispari contentione*

*Haud posset justior causa
Non superare.
Per trium pené
Lustrorum spatum
De recuperando
Pernambucano Statu
Adversus Hollandos certavit;
Quoadusque
Dejectos in fugam convertit;
Nullamque
Tot præliis
Passus est jacturam;
Imo
Ab illis
Iteratam reportavit coronam.
Hæc cùm omnibus enotescerent,
Vix opus erat*

*Milites obarmare ,
Regnumque ,
Et Regni confinia defendere;
Namque
JOANNIS potestas ,
Belloque felicitas ,
Murus erat
Adeo fortis , & formidandus ,
Ut hostes
Non modò non oppugnare ,
Sed
Ne accedere quidem
Auderent.
Horum nonnulli
Se subdiderunt JOANNI ,
Rati
Gloriosius sibi fore*

*Sese impunè dedere,
Quàm multatos vendere.*

Imò

*Pretiosiori tunc libertate potituros,
Cùm*

Lubenter illam offerrent.

JOANNES verò,

Qui

Quantumvis

Bello nutritus, et assuetus

Ita pacem amabat,

Ut pro eâ decertaret,

Pluris tamen fecit

Sponte deditos,

Quàm

Sanguinis pretio coemptos;

Erat siquidem

*In præliis, ac victoriis
Potius*

Indulgentiâ ductus

Quam

Jactantiâ elatus;

Utpote Cujus robur

Ejus tantum pietati,

(Quin fuerit minus)

Visum est cedere

Uti inferius.

Neque tamen

Hac pietate adeo maximâ

Victa est

Quorumdam perfidia,

Qua certe

Occisus foret,

Ni

*Agnus tamquam occisus,
Cujus
Solemnem comitabatur triumphum,
Vitam servaret,
Insidias detegeret.
Extat eo loco
Regium Cœnobium
A Regina extructum,
Corpus Christi dictum,
Cui sacrum;
Neque enim
Beneficium adeo memorabile
Rependeretur Servatori,
Nisi
Regio monumento
Ad eum servandum,
Eique*

*Affiduis laudibus
Grates persolvendum.*

*Posthac
Regni prosperitas
Cœpit indies adaugeri;*

Ac si Sors ipsa

Unâ cum Regno

Tanti Principis

Subderetur dominio.

*Effloruit non modò ut antea,
Sed*

*Gloriosius instaurata
Optimos fructus parturivit;*

Visus est JOANNES

Et Regni Reparator,

Et Conditor;

Siquidem

*Civitates & exornavit,
Et
Prope de integro restituit.
Innumeras penè arces,
Easque omnes inexpugnabiles,
Jussit excitari;
Ut suos,
Etiam se sublato,
Redderet securos.
Novas leges
Frangendis vitiis,
Et regendis moribus
Condidit;
Quasi Eum
Vitiosis
Pudèret clientibus imperare;
Et*

*Non nisi benemeritos
Vellet agnoscere.
Multos dies
Curiæ insumpsit,
Ut ei
Pristinam authoritatem adderet;
Ductusque
Religione æquitatis
Reorum causis interfuit,
Multisque
Quin justitiam læserit,
Condonavit;
Oblatâ potius,
Quam
Exoratâ benignitate.
Hac arte
Omnium sibi traxit affectus,*

Omniumque
Benevolentiam consequitus,
Dicere solitus;
Id tantum timere,
Timeri.
Ut verò
Timori occasionem tolleret,
Nulla fuit
In audiendo difficultas,
Nulla
In respondendo mora;
Velutique Numen invocatum
Statim audiit,
Ac postulatis annuit.
Benemeritos ita munerauit,
Ut nemo fuerit,
Cujus

150 JOANNES

*Spem, & expectationem
Non falleret;
Adeo liberaliter
Eos affecit!
Sæpe accidit,
Ut
Præstandi celeritate
Occuparet tempus optandi,
Nesciens
Sua commendare beneficia.
Maximis virtutibus præditos;
Et
Non ex copiâ sumptos,
Sed optatos
Provinciarum custodiæ,
Militaris rei summæ,
Consiliorumque arcanis,*

Praefe-

Præfecit;
Sciebat enim,
Virtutem
Omnibus præferendam;
Utpote
Ad omnia Reipublicæ munia
Aptiorem.
Cùmque
Magna quidem
Ejus fuerint beneficia,
Fiebant utique majora,
Imò maxima;
Quippe quibus
Dignoscebantur benemeriti.
Civium constantiæ favit;
Magnitudinem sustulit;
Bonis præmia obtulit;

Defide,

*Desides exacuit ;
Inertes allexit ;
Omnesque ,
Quos non invenit bonos ,
Esse coegit.
Erat quidem
Imperator dignitate ;
Ast
Videbatur sodalis conversatione ;
Neque enim ignorabat
Quam omnium interesset
Eum spectare ,
Cernere , audire , frequentare .
Propterea
Cum nullum temporis spatium ,
Momentum , aut punctum
Suis fuerit*

*Hac benignitate sterile,
Nullum sibi
Fuit vacuum laude.*

*Clandestinas
Accusationes pertæsus*

Haud admisit;

*Assuetusque
Soli famæ credere,*

Hanc,

(In quâ erat)

Sententiam dicitabat:

Nemo omnes,

Neminem omnes se felliere.

Maximus secreti cultor

Nulli

Arcana indicavit,

Aut propria, aut aliena,

*Omniaque servare scivit,
Ceu nesciverit.*

*Laterones adeo à se arcuit,
Ut nullus*

Ejus lateri hæserit;

Quasi omnibus

*Æquè cor servaverit,
Omnibusque*

Æquè pervium voluerit.

In hoc verò

Nemini non videbitur

Alexandro superior;

Non enim

Ephestionem habuit,

De quo

Afferere potuerit,

Quòd

Alter idem esset.

Eccur autem

*Alienæ libertatis Assertor
Regiam, ac propriam manciparet,
Ut*

Subditorum studiis inserviret?

Præsertim

Cùm

Optime noverit

Nihil Imperatoribus decentius

Quàm

Sibimet ipsis subjacere;

Nihil dignius,

Quàm

Uni tantum rationi

Obtemperare.

Musices apprime doctus,

*Non minus delectabatur
Armorum strepitu,*

Quam

Vocum concentu,

Ut nullibi,

Nulloque modo

Non militaret Deo;

Et campo, & choro;

Et cum bella cieret,

Et cum pro victoriis

Grates persolveret.

Profecto

Musicam

Sublimiorem reddidit,

Cum

Eam tractavit,

Temporaque, & spatia

Ejus studio impedit.

Qui

Concordes

Satagebat efficere voluntates,

Quidni etiam

Vel dissimiles voces

Revocaret ad harmoniam?

Non satis

Sibi visum est,

Ut

Sacra effunderetur in præconia,

Concentus geminare

Utique graviori voce,

Nempe suâ;

Voluit etiam

Modulos sufficere,

Ut

*Omnium vocibus
Divinas laudes
Concineret.*

*Scilicet
Suum etiam Lusitania
Habuit Amphionem,*

*Qui
Sacratiori modo
Eam ædificaret,
Cùm*

*Non saxa,
Sed corda
Movéret;
Non muros, sed animos
Faceret*

*Ad Cælum attolli.
Virgini Deiparæ*

*Regni commisit Patronatum,
Post juratam
Conceptionis Puritatem;
Statuitque,
In Academiis
Neminem ad quemquam
Assumi gradum
Quin prius
Id Privilegium
Jurejuraverit defensurum.
Sciebat
Principem esse supra leges;
Voluitque
Legem hanc supra Se esse.
Profecto
Magnum fuit jurare;
Majus juratum defendere,*

*Promittere , magnum ;
Exequi , majus ;
Religiosius squidem est
Non pejerare ,
Quam
Se juramento obstringere .
Fecit utique
Ut in Eo haberent successores
A quo discerent
Quid optimum facerent ;
Namque
Non opus est illis
Iter instruere ;
Sufficit ,
Instructum non deserere .
Hisce Religionis monumentis
Addidit alia*

*Temperantiæ mirabilia.
Abundantem rejicit sumptum,
Vix usurpando necessarium;
Et ita emendavit
Appetentes superfluum;
Quippe qui
Ad Principis (ut solet) modum
Sese libenter coicerunt.*

*Prandium
Sæpius capiebat statarium;
Idque
Ad humani tantùm corporis
Necessitatem,
Gaudens
Castrensi cibo,
Ministro obvio,
Poculo fortuito.*

*Denique
Illud Ei præstítit Imperium;
Scilicet,
Ut certum haberemus,
Eum
Etiam sub Regibus aliis
Vixisse legibus suis;
Quibus,
Et pro suis,
Et pro nostris moribus
Debitores reddimur;
Quandoquidem
Tanto sub Principe
Facta sunt omnia
Foris placita, & domi prospera.
Insuper
Tantorum compos bonorum*

*Hausit sibi Lusitania
Ingentis spei fructum
Ex Liberis, quos genuit;
Vidit siquidem
Theodosium Brigantiae Ducem,
Brasiliarum Principem,
Qui
Longè amplius
Adimplevit spatiū
Nominis splendore,
Quām
Dominiorum potestate;
Nulla siquidem
Terrarum pars fuit,
Quam
Ejus fama non pervaderet,
Quamque*

*Ejus jactura non premeret ;
Neque enim
Tantum Principem
Ablatum non senserit ,
Nisi solum Cælum ,
Quod ,
Veluti Eum terris inviderit ,
Sibi rapuit .
Vidit etiam Lusitania ;
Vix tamen vidit
Annam ;
Siquidem
Eadem illi dies fuit
Nativitatis , ac funeris .
Adeo breviter Cælum nacta ,
Ut tantum ostenderetur
Cælo nata .*

*Vidit item, & flevit Joannam
Ætatis flore succisam,
Sed*

Virtutum fructibus exornatam.

Vidit quoque Catharinam

Angliæ solio evectam,

Illudque sublimius evehentem.

Emmanuelem

Et natum, & vitâ functum,

Qui

Quasi erubesceret

Diu terram incolere,

Unâ die

Viator extitit,

Cœloque constitit.

Alphonsum successorem Patri,

Petrumque Alfonso.

166

JOANNES

*His etiam fas erit annumerare
Mariam,*

Quæ

*Deo liberius inservitura
Excalceatarum Monialium
Cœnobium elegit Carmelitanum,*

*Illudque
Vivens reddidit illustrius,
Mortua sacratus.*

Profectò

*Nulla proles
Extitit JOANNI fœcundior;
Hanc enim*

*Cùm Deo desponderit,
Factus est Deo affinior.*

Tandem

Octavo idus Novembris

Anno

Anno

Millesimo sexcentesimo,

Quinquagesimo sexto,

Quo

Quadragesimum quintum

Supra medium enumerabat,

Ulyssipone occubuit.

Vita

Adeo gloria

Non ætate, sed æternitate

Erat pensanda.

Facet

Apud Canonicos Augustinianos,

Alibique

Facere non debuit

Vir Augustus.


Universorum cordibus

*Erit infixus;
In ore, in sermone,
Ac totius Lusitaniæ
Erit in desiderio.*

*Unum demum
Ejus memoriam extinguet,
Humani generis
Extinctio.*



JOANNES



JOANNES V. PORTUGALIE
REX.



G.F.L.Dubrie delineator et sculptor Regis inv. sculp. 1743.



JOANNES V. PORTUGALLIÆ REX.



O A N N E S
Lusitanorum Regum
Quintus nomine,

JOAN. V.

Y

Primus

*Primus felicitate,
Unicus magnificientia,
Præteritum beavit sæculum
Vitæ exorsu,
Præsens progressu,
Futura recordatione.
Non naturæ, sed gratiæ;
Non sorti, sed Providentiæ
Debuit,
Quòd fuerit Princeps natus,
Quin fuerit Primogenitus;
Siquidem
Nasciturum
Præcessit Frater
Nativitate, & morte.;
Forsitan,
Nequem majorem natu*

Agnoſceret JOANNES.

Petrum

De Nomine ſecundum,

Et Mariam Sophiam

Parentes habuit.

A' Petro firmitatem,

A' Sophia Sapientiam,

Ab utroque

Splendorem accepit.

Felix,

Quòd acceperit,

Felicior,

Quòd accipiens rependerit;

Felicissimus;

Quòd rependens,

Accepta ſuperaverit.

In lucem prodituro

*Præbuit incunabula Ulyssipo,
Quæ
Ni ab eo magnitudinem haberet,
Tantum Incolam
Capere non posset.
Natalem
Contulit October;
Hincque
Meritò optima pars diceretur anni,
Cùm protulerit
Optimum fructum autumni.
A' puero
Traxit mores
Alimento similes,
Candidos, non cruentos.
Vixque
Bonæ indolis flos apparuit,*

*Statim
Virtutum germen erupit,
Non tumens tantum,
Sed
Fructibus maturum.*
*Pietatis opera
Calluit, quasi inventor,
Exercuit, quasi author;
Ea siquidem,
Quæ alios
Edocuit disciplina,
Ei
Videbatur induisse natura.
Omnibus scientiis instructus,
Factum est,
Ut omnes comprehendenterit,
Quin compresserit;*

*Adeo vastissimo
Pollebat ingenio!
Pubescentibus annis ægrotavit,
Cumque Eo salus publica.*

*Forsitan
Oportuit Eum ægritudine probari,
Ut videretur mortalis;
Statimque
Sanitati restitui,
Ne viderentur immortales,
Qui,
Eo non sospite,
Vitam ducerent.
Kalendis Decembris
Juratus est Princeps.
Nihil
In Comitiis actum est egregius;*

*Magnum quippe foret
Fidem præstare;
Id verò
Visum est parùm;
Deque suis
Meruit JOANNES
Quod maximum possent,
Nempe
Fidem juramento obstringere.
Eo die,
Quo
Divino cruore rubescens
Christus vocatus est JESUS,
Regiâ Purpurâ indutus,
Fuit JOANNES
Rex inclamatus.
Liceat jam*

*Matthesis cultoribus
Sanguineo spectato cometâ
Non perniciem,
Sed
Regnorum portendere felicitatem;
Ab hoc enim sanguine
Regni nostri felicitas
(Veluti portensa)
Tunc incœpit,
Ac hucusque existit.
Adhuc puer
Conscendit solium;
Jam enim
Ita erat factus ad Regnum,
Ut ultra
Illi à Cælo non fuerit differendum.
Quasi*

*Lucerna accensa.
Super candelabrum
Factus est notior,
Cùm non posset
Fieri dignior.
Illicò
Spem posteritatis ne distulerit,
Omniumque votis
Ne restiterit,
Sponsam diligere statuit.
Toto circùm lustrato Orbe,
Mariannam Austriacam vidit,
Quâ
Majorem non inuenit,
Ac,
Ut Sibi parem
Despondit.*

Sæviebat tunc temporis
Mars cruentus;
Diuque dimicatum fuerat
Cum Gallis, ac Hispanis,
Non sine
Lusitanorum victoriis
Potius virtuti,
Quam numero debitum,
Cùm tamen
Novo JOANNIS regimini
Videretur Sors
Addi consors,
Belloque auxiliaris,
Noluit hostis
Adversarium sustinere,
Quem desperabat
Posse vincere;

Cœpitque de Pace agere.

*Annuit exoratus JOANNES,
Hostiumque sanguini pepercit,
Dum bello abstinuit;*

Ni mavis,

Quòd

Nocentius bellum intulerit,

Cùm

Suorum manibus cadere

Non permisérit.

Exin,

Ceu aureum fluxisset seculum,

Ausus est nemo

Regnum adoriri,

Quin potius à cunctis

Visum est adorari.

Scilicet

*JOANNIS reverentia,
Ejusque virtutis observantia
Hostes coercuit
Ne
Irruptioni occasionem dederint,
Nec admiserint.
Profectò
Hæc est maxima victoria,
Non militum sanguine,
Sed Regis veneratione
Comparata;
Non clientum discrimine,
Sed tranquillitate
Obtenta;
Eaque,
Non una tantùm,
Sed quotidie repetita,*

*Et pene æterna,
Siquidem non interrupta.
Bellicis solutus curis,
Regni consuluit incrementis.
Sciebat,
Fortunam suam
Nihil habere majus,
Quàm ut posset,
Suamque naturam nihil melius,
Quàm ut vellet
Suos extollere;
Idcirco
Vix Jani Templum clausit,
Templum Apollinis aperuit,
Et,
Ne Armatæ Paladi
Togata cederet,*

*Ad excolendam juventutem
Condidit Seminaria,
Ad promovenda studia
Dilargitus est præmia,
Ut*
*Ejus canendis laudibus
Imbuerentur ingenia,
Suisque stipendiis
Cresceret Sapientia.
In dies majora meditatus
Regiam instituit Academiam,
Cujus
Non tantum factus est Author,
Sed etiam Protector.*
Ne
*Splendorem amiserit,
Quem nata accepit,*

Æquum erat,
Ut ab Eo haberet conservari,
A quo habuit fieri;
Ab Eo protegi,
A quo erigi.
Quinquagenos designavit socios,
Quibus
Et sacra, & profana Regni
Destribuerentur conscribenda.
Profectò
Tanto à Principe designari
Sufficeret,
Ut eos aptiores redderet,
Ni forent.
Sciebat JOANNES
Perinde esse carere fastis,
Ac factis;

*Ad exercitum defutem
Ut opera pene abolita
Viderentur instaurata;
Armis gesta
Calamis recensita;
Ne deesset Heroum brachiis,
Scriptorum manus.*

*Revixere
Qui perierant apud immemores
Et litteris, & armis illustriores,
Dum JOANNES
Eorum facta commendari præcepit;
Eisque lux redditia
Nunquam defutura.*

*Revixit
Lusitanum Imperium
Suæ originis oblitum,*

*Ceu nunquam natum,
Dum suos legit natales,
Jam magnitudini,
Qua nunc tollitur,
Aptiores.
Ipsi quoque
Scriptores Regij,
Si non reviviscunt,
Meliorem tamen lucem hauriunt
Quoties
Intra Palatinæ Domûs valvas
Admissi
JOANNEM aspiciunt,
Qui
Eos præsentia urget,
Majestate flammat,
Dignatione beat.*

*Numquam tamen
Intuentium oculos satis explet;
Quippe quem desideres,
Etiam dum videoas.
Verus Sapientiae cultor
Haud posset non promovere
Dei cultum.
Sciebat utique,
Quòd
Omnis Sapientia
A Domino Deo est;
Eumque, à quo eam accepit,
Et venerari scivit,
Et edocuit;
Dum
In Eucharistia invisibilem,
Tamquam videns adorans,*

*In Eumque
Tamquam cæcus credens,
Annum triumphum decrevit
Nullibi parem,
Quamvis
Regiæ pietati imparem,
Unoque Deo minorem.
Eidem absconditæ Majestati
Laurisalense Cœnobium condidit,
Monialibusque
Redditus consignavit,
Ut
Temporalibus curis vacuæ
Assiduis Dei laudibus vacarent.
Parùm sibi visum est
Virtutem colere;
Voluit etiam*

*Fovere, ut cresceret;
Alere, ut subsisteret.
Virgini Dei Parenti,
Divoque Antonio
Templum, ac Cœnobium posuit
Mafræ extructum,
Cui
Æquale nullus;
Majus,
Solus posset JOANNES;
Utpote cuius
Pietas, & potestas
Nulos patiuntur limites.
In eo construendo
Tantum ad hibuit magnitudinis,
Quantum in perficiendo
Celeritatis;*

*Factumque est,
Ut
Non lente,
Sed
Brevi, ac luculente
Monumentum
Expleverit æternum.
Nempe
Adeo sunt stupenda
Operosæ religionis miracula!
Profectò
Cælo tenuis
JOANNIS pietas provehitur;
Siquidem
Ad omnes Cælites extenditur;
Quibus
Templa sacrat,*

*Aras ornat,
Donaria confert,
Veneratur simulacra;
Eaque
Reddit utique Sanctiora,
Et cultu, & exemplo.
Nec mirum,
Quod
Cælestium curæ
Totum Se credat,
Qui,
Non nisi Cælo genitus
Creditur.
Illi
Officiosior exhibendus,
Cum
Integrum Orbem*

*Non posset,
Ulyssiponem divisit,
Ut eam
Bis sacraverit.
Sedem Patriarchalem erexit,
Eamque erectionem,
Quo Summus Pontifex
Habuerit in pretio,
Annulo Aureo ostendit,
Quo signavit.
Thomam Primum
(Cardinalem modò) Patriarcham
Ei præfecit
Hic
Ille Thomas est Primus,
Nulli secundus,
Cujus*

*Lamecensi, ac Portuensi
Infulis insigniti,
Sacroque murice
Rubescens
Sola Tiara superest meritis,
Quæ
Non super est merita.
Insuper
Regni Illustriores,
Sanguine, ac dignitate
Alios Principales,
Præsules alios;
Alios Canonicos;
Itemque Beneficiarios
Constituit,
A' quibus laudari fecit
A' solis ortu usque ad occasum*

Laudabile Nomen Domini.

*Non diu pòst
Civitatem à Se divisam
Iterum fecit unam,
Ut
Quam Deo
Sacraverat duplicem,
Denuo sisteret
Singularem.
Haud absimili pietate
Episcopatum Paraensem
Instituit,
Complures Sedes Episcopales
Exornavit,
Complures dirutas
Refecit;
Ministros quoque Ecclesiasticos*

*Plurimum auxit.
Nulla denique
Fuit tellus
Etiam longè sita,
Ejus ditioni subdita,
Quam non curaverit
Laudabiliter regere,
Salubriter pascere;
Bonisque moribus imbuere.*

*Profectò
Nemini plus debet Ecclesia,
Quàm JOANNI;
Totum siquidem sese illi donat,
Largitionibus effusum,
Affectu integrum;
Observantiâ multiplicatum;
Famulatu subditum;*

Reverentiâ Filium;
Zelo Patronum.

Has vices
Et visus est agere, & explere,
Cùm

Turcarum potentia
Ecclesiam ausa est adoriri;
Tunc enim JOANNES
Classem jussit adornari,

Quam
Clementi Undecimo
Sedis Romanæ Præsidi Summo,

Semel & iterum

Suppetias misit,
Adeo felici eventu,

Ut
Idem fuerit suos mittere,

*Ac
Victores constituere.
Cæsare utique major;
Quippe qui
Venit, vidit, & vicit;
At JOANNES
Vicit, quin viderit, aut venerit,
Quasi
Numinis instar,
Quin solio abscederet,
Suos inflammaret,
Eorumque manibus
Hostes dejiceret.
Nemo equidem Eum non fatebitur
Verum Ecclesiæ Patronum,
Imò & Præsidium,
Cùm utrumque*

*Romana Fides adstruxerit,
Ac
Autographâ Epistola ostentaverit.
A' Sacris
Ad Civilia intentus
Novit utraque simul providere,
Quin videretur confundere;
Imò
Ut Sacra
Altera manus protegeret,
Et Civilia
Altera perageret;
Maximas pecunias insumpsit
Itineribus publicis reficiundis,
Fecitque
Ut essent prava in directa,
Et aspera in vias planas,*

198 JOANNES

*Ne sui
Ambularent vias difficiles.
Eâ parte,
Qua Tagus
Vorticosis gurgitibus interfluit,
Et
Arenosis ambagibus intercluditur,
Fecit JOANNES,
Ut in lenem prodiret amnem.
Scilicet
Ferocioris Elementi
Vis indomita
Tanto impetu librata,
Tantâque mole erecta,
Uni
Visa est cedere JOANNI,
Seu*

Tanti

Tanti Principis potentia devicta ,
Seu

Ejus celsitudini victori
Profunde inclinata.

Jecerit olim
Xerxes in profundum
Pedicas aureas ,

Ut Neptunum alligaret ,
Qui fluctibus ferociret.

JOANNES
Sublimiori usus consilio ,
Noluit eum alligare ;

Sed
Iter sternere ,
Ut
Liberius excurreret.

Hinc vero

200 JOANNES

Potissimo Eum jure
Dominum maris appellaverim,
Quod
Non libertatem coercuerit,
Sed
Concesserit.
E' Tago rediens
Novos amnes,
Residesque aquas
A' longe conductas
Aridis Civitatis visceribus
Infundere curavit,
Deditque
In deserto aquas,
Flumina in invio,
Ut daret potum populo suo.
Quot tamen ad aquas conducendas

Arcus

*Arcus extruxit,
Tot sibi
De siccitate superatâ victori
Triumphales arcus erexit;
Ipsæque limpæ;
(Habent siquidem,
Qua plaudant linguam,) A
Dum fluent, plaudent
De rusticannis
Urbanas facient;
Ipsique
Quotquot
Earum latices potaverint,
Earum etiam perennitate bibent,
Quo grates modo persolvent;
Neque enim
Aliter evaderent*

*Tanto beneficio conformes,
Ni fuerint perennes.*

*Operibus
Et factu difficillimis,
Et usu sempiternis
Intra,*

*Et extra Civitatem peractis,
Fecit*

*Frugibus uberem,
Pastionum numero letam,
Rivis metallorum fluentem,*

*Porticibus accinctam,
Circitu immensam,
Tantoque Domino,
Si non parem,
Aptiorem.*

Hinc

*F*acile est conjicere ,
Quo
*C*ivium flagret amore ,
Qui
*E*orum utilitatibus
Adeo sedulus indulget ;
*I*dque dixisse sufficiat ,
Scilicet ;
*U*lyssipone contagio oppressâ ,
Haud cogi potuit ,
Ut eam desereret ,
Ne
*A*egrotantium curæ deficeret ;
Factumque est ,
Ut
*L*argissimo effuso thesauro
*S*uis salutem emeret ,

*Tandem ad suos amicos,
Præsentia
Vitam redimeret.*

*Namque,
Eum*

Ceu veneraretur tabes,

Non diu fuit,

Quin populo parceret,

Et

A' Civitate abscederet.

Æquè

Suorum consulens utilitati,

Ac valetudini,

Pauperes ditavit,

Despectos sustulit,

Benemeritos præmiis affecit,

Et

Quasi novum,

*Felicissimumque Astrum
Com Illis enatum,
Omnium fortunas evexit.
Aureas monetas fecit excudi
Regiâque Imagine insigniri,
Ut nullus fuerit,
Cujus utilitatibus non adfuerit.
Regni
Speculatus commoda, & proventum,
Et specula, & vitrum
Confici decrevit,
Vitriariosque conductos accivit,
Qui
Ministrato spiritu
Utrumque efformarent,
Ut suis
Hæc ministratio spiritûs*

*Eset in gloria,
Fragilitatem è vitro noverint,
Maculas ad specula terferint.*

*Armorum genus omne
Ut ad manus haberet,
Jussit fabrefacere;
Neque enim voluit tantum
Militiae arma movere,
Sed*

*Domi conficere, & asservare.
Et locum destinavit,
Et saepe interfuit
Pulveri pyrio conficiendo,
Ut vim adderet,
Calorem incuteret,
Splendorem sufficeret.*

*Mirabile findendis lignis
Condidit Artefactum
Aere impellente
Volvendum,
Ut suis inservitura
Ipsa etiam cogeret Elementa.
Navale construendis navibus,
Arsque
Constructis in mare detrudendis ,
JOANNIS solicitudini .
Opus est debitum.
Scilicet ,
Quæ quondam nautarum turbâ,
Ac
TrocLEARUM machinâ
Vix movebantur ,
Nunc JOANNIS nutui*

Raptim

*Raptim auscultantes
In mare desiliunt,
Quasi
Et rudiores trunci
Tanti Principis numen advertant,
Eique obtemperaturi
Sponte accurrant.
Sericam Textrinam
Extrui permisit,
Ne,
Eo sub Rege,
Ullo Regnum deficeret ornatu.
Papyraceam Fabricam
Omnium votis
Jampridem exoptatam,
Et fecit introduci,
Et stabiliri;*

*Meritòque,
Ejus squidem
Conscribendis actis
Quotquot erant,
Non sufficerent.*

*Hæc omnia
Non*

Diuturnâ temporis intercapedine,

*Sed
Festinâ
Confecit celeritate;*

Etenim

*Addidit tempori,
Quod suo detraxit otio.*

*Usque adeo
Somno, epulis, venatione,
Choreisque fraudatus;*

210 JOANNES

Rebus, commodisque publicis

Omne tempus impendit;

Miroque modo

Præteritum revocat,

Præsens sistit,

Futurum prævenit.

Profectò

JOANNIS

Labor hic indefessus,

Ardor continuus,

Non humanum,

Sed

Pene Divinum simulat;

Sua enim

Cùm sint omnibus intervalla,

Et terra

Cesset novalibus,

*Et terrigenæ
Operibus,
Solus JOANNES
Quietem non admittit.
Scilicet
Assidue laborat,
Ne sui
Labore deficiant;
Neve
Otio torpeant.
Pervenit
Ad remotiores orbis plagas
Hæc mirabilis
JOANNIS sedulitas
Adeo regnandi magistra;
Eaque pellecti nonnulli populi,
Tanti Principis*

*Fædera ambierunt,
Summam rati felicitatem
Illi ditioni subjacere.
Nonnulli etiam Reges
JOANNIS
Amicitiam exorârunt,
Seque
Illi
Vectigales obtulerunt,
Ceu Coronæ
Decus augere vellent,
Cùm
Ejus sub tributo viverent.
Qui sibi
Ita strictè vinxit alienos,
Haud posset non strictius
Vincire suos,*

Quos
Præsentia reddit allectos,
Humanitate pronos,
Assuetudine captos,
Moribusque, ac virtutibus
In stuporem conversos.
Primam illius virtutem
Non satis dignoscet,
Qui
Omnes animadvertis;
Illud tamen certum;
Primum, quod exhorrescit vitium,
Esse mendacium.
Eapropter
Assentatores
A se, ac ab Aula arcere
Longe satagit,

*Ut à fucatis mendacij venenis
Longè absit.
Æquè, ac veritatis amator,
Secreti cultor
Proprium & alienum occulit,
Ac si
Illiis oblivionem ceperit.
Eius deliberationes
Adeo sunt arcanæ,
Ut
Una tantùm mens Divina,
Quæ suggestit,
Noverit.
Cùm sciat,
Bonum esse
Sacramentum Regis abscondere,
Id tantùm bonum absconditum*

Sibi servat,

Qui

Cætera omnia

Liberaliter communicat.

Clementia,

Propria imperantium virtus,

Nulli fuit proprietor Imperatori,

Cùm

Roboretur clementiâ thronus Ejus.

Eâ ductus,

Arma curta prohibuit,

Fecitque,

Ut non arma,

Sed leges timerentur;

Ratus

Suis gloriofius esse,

Non è proximo, sed è longinquo

Timeri.

*Ut à sua basi venenis
Timeri.
Eo regnante
Facta est sibi consors Justitia,
Quæ
Nemini fuit charior;
Cuique
Nemo fuit indulgentior;
Fecit namque
Et coli, & ministrari.*

JOANNI
*Debetur utique
Totius Civitatis & Regni
Securitas;
Quippe qui
Novissimis legibus cavit,
Ne quis
Sibi timuerit;*

*Cùm enim
Nemo
Impunè possit esse malus,
Nec malus, nec miser
Ullus erit.
Reperiāt Profectò
Ni JOANNES
Tot aliis
Præclarissimis actis
Sibi
Immortalitatem comparasset,
His tantùm legibus
Eam satis comparare posset;
Quibuso x
De nequitia extinctâ,
Deque nabi nov
Incolumitate publicâ servatâ*

*Justitiae,
Et Clementiae,
Trophæum,
Et monumentum
Posuit æternum.*

Præterea

*Optimâ opportunitate
Novit etiam induere
Severitatem Domini,*

*Quin exueret
Affabilitatem amici;*

Unus profecto,

*Et eo vel maxime
Ex omnibus unus;*

*Quippe cui
Non idem fuit esse Rex,*

Atque Tyrannus;

Imò
Pro tyrannide
Apositâ benignitate,
Fecit,
Quòd in Se
Reperirentur conjunctæ,
Ac
Mirarentur unitæ
Humanior Majestas,
In simul &
Pene Divina benignitas.
Bonos
Gratiis cumulans,
Malos
Suppicio efficiens bonos,
Utrosque
Reddit meliores

*Omnisque
Gratos, ut filios,
Deditos, ut servos.*

*Cum Eo
Nata est liberalitas,
Cum Eo adolevit,
Cumque Eo vivit,
Eo tamen
Videtur alioquin major;
Neque enim, ut Ille,
Intra Regni limites coercetur,
Sed
Absque limite extenditur;
In neminem verò
Largior, & effusior,
Quam
In meam Congregationem,*

Cui
Tot honores, ac largitiones
Quotidie impertitur,
Ut
Præ nimia liberalitate
Forsan
Sterilis videri posset in posterum,
Ni,
Quæ maxima in dies congerit
Beneficia, & munera,
Ipsa in dies
Eum
Ostenderent fæcundiorem.
Profecto
Nec immoderatio
Honorum ambitus,
Nec effrænior

Munerum aviditas
Posset exoptare tot
Quot JOANNES
Congregationi dignatus est conferre;
Siquidem
Superant ambitum,
Et aviditatem excedunt.
Non minus immensa,
Ac JOANNIS liberalitas,
Est illius Sapientia.
Non illum
Rerum causæ latent,
Non effectus, non accidentia;
Omnia
Dignoscit, prævidet, comprehendit.
Negotia, et si maxima,
Sunt Eo minora.

Nullum est,
Quod,
Ceu è sublimi, non spectet;
Nullum,
De quo
Insolubilia non objiciat;
Nullumque,
De quo
Objecta non solvat,
Progressus non animadvertisat,
Exitus non praedicat;
Quasi Illi
Gratia contulerit divinare;
Cùm tantùm
Sapientia conferat discurrere.
Id verò
JOANNIS Sapientia ignorat;

Nempe

Se tegere;

Seque omnino notam facere.

Tot egregias animi dotes

Noluit natura occludere,

Sed

Ab hospitio indicare.

Idcirco

Formavit elegantia Corpus

Nulli non majestate notum,

Etiam si Dignitatis inscio;

Siquidem

Ab oculorum fulgore,

A' risu gravi,

A' gestu serio,

A' sermone maturo,

A' venerandâ,

*Pariterque gratâ venustate
Sublimioris mentis,
Regijque spiritûs
Colligitur domicilium.*

Scilicet,

*Cùm ad Regni confinia pervenerit
Regalia fœdera firmaturus,
Traditis, & acceptis
Regiis Sponsis,
Illicò
Eloquens species
Declaravit Illum.*

*Erat utique
Regni Primoribus stipatus,
Auro, gemmisque
Regem simulantibus
(Neque enim*

*Magnificentius spectaculum
Mirata est tellus,) Nullique Hispanorum
Ante visus Haud potuit videri, & nesciri,
Cùm Per indicia vultūs, & corporis
Dignosceretur splendor Dignitatis,
Ac Per elegantiam Hospitij
Majestas Hospitis.
Crediderim,
Naturam in Eo efformando
Omnes Impendisse, & expendisse vires,
Factamque fuisse inopem,
Nec non*

*Et Artem inertem,
Ut altera
Parem efformaret,
Altera
Similem effingeret;
Neque enim
Ullum hucusque simulachrum
JOANNEM
Expressit ad vivum.
Nempe
Illibatus animi candor,
Igneusque
Charitatis ardor,
Quibus
Egregia nitescit forma,
Quosque
Liberalis contulit gratia,*

*Nullius Artis,
Quantumvis operosioris,
Exprimerentur diligentia.*

*Forsitan,
Cùm à fucis & fictis
Adeo abhorreat,
Minimè patitur
Pigmentis effungi,
Minimè actionibus ostentari;*

*Quas
Non ipsomet tempore exerceat;
Minimè tandem
Non nisi luce, umbrâque alienâ
Conspici,
Qui propriâ
Omnibus solet elucere,
Omnesque obumbrâre.*

*Adeo rerum, non colorum
Amicus est!*

Attamen

*Ut cumque fuerint
Ejus simulachra,*

Iis allecli

Complures confluxere,

Et confluunt Exteri

Suis è sedibus emoti,

Ut intueantur faciem,

Cujus

Mirati sunt Effigiem.

Quidquid

Par domesticos ardor excitat

Quoties JOANNES

Divorum solemnibus

Templa invisit,

*Aut aliorum
Per Urbem vebitur;
Solent namque
Tecta ipsa pene commoveri;
Populus,
Aut per fores in publicum proruere
Aut
Per fenestras attendere,
Aut
Ex aedium culminibus
Prospicere;
Nemoque
Sibi videre sufficiens,
Etiam cum sapissime videat,
Satis vidisse putat;
Meritique;
Cum JOANNES*

Satis videri non possit.

Nequid

Tanti Principis defuerit felicitati,

Post beneficia adeo maxima

A' Cælo sibi collata;

Voluit etiam tellus,

Veluti Cælo æmula,

Suas

Illi opes conferre.

Uisquequaque

Gemmarum, adamantum,

Auri, argenti,

Metallorumque feracissima,

Cùm

30 ANNIS pedibus

Calcari non possit;

Quæ pretiosa genuit,

Calcanda exhibuit,

Ut ita fierent

Pretiosiora.

Ex quo

A^r Summo rerum Opifice

Fuit condita

Hosce thesauros

JOANNI servavit;

Nullum siquidem

Digniorem illis invenit;

Is tamen

Est JOANNES

Ut illos

Non sibi servandos,

Sed Deo,

Divis, Templis, Aris,

Domesticis, Exteris,

*Et,
Ut verbo dixerim,
Omnibus inservituros
Accipiat.
Nimirum
JOANNIS
Magnificentia, & munificentia
Universus ditescit orbis.
Denique
Successit ad Reipublicæ vota,
Ceu tantæ felicitatis corona,
Regia soboles.
Fæcundavit
Augustissimum thalamum
Maria,
Et naturæ, & gratiæ privilegiis
Nulli secunda;*

Nunc
Asturiarum Principis Sponsa,
Et numquam non
Lusitanorum cordium Domina;
Hæc,
Veluti Aurora solem,
Præcessit Petrum
Non diu pòst in lucem editum;
Brevique
Solis ad instar
Occasu absconditum.
Futuro Regni augmento
Destinavit Cælum
Joseph
Brasiliarum Principem,
Patri per omnia conformem;
Neque enim

*Regnum cresceret,
Ni JOANNES
Similem sibi procrearet,
Quem
Post se relinquenter.
Illum
Marianna
Hispaniarum Regum Filia,
Omnibus
Animi, corporisque dotibus
Locupletata,
Assequuta est Sponsum,
Regiæque Prolis
Fecit Parentem.
Quartum sortitus est locum
Carolus,
Qui*

*Vix tertium explevit lustrum,
Obiit,*

Ut æternum viveret.

Fuerat ei nasci,

Pene mori;

Cùm fuerit

Fermè semper ægrotare.

Petrum

Quinto natum

Servat adhuc Cælum incolumem;

Forsitan, ut ostendat

Addi posse

Majestatem naturæ

Per mores, ac exempla vitæ.

Postremus extitit

Hujuscē fœcunditatis fructus

Alexander,

Qui,
Quantumvis natu minimus,
Alexandro Magno major,
Nondum vir,
Sed
Adbuc puer,
Quin pugnaret, vicit mundum;
Translatusque
In terram viventium,
Ibi triumphat victor,
Ubi nullus est victus.
Hac Regia,
Pariterque numerosa Sobole
Non potest non esse firma
Spes felicitatis Lusæ;
Hæc tamen felicitas
Longè quidem major evadet

Cum JOANNES
Ita multum, diuque vixerit,
Ut
Fiat Ejus posteritas numerosior,
Spesque nostra securior.
Profecto
JOANNIS salubritas,
Vitæ sobrietas,
Morum frugalitas,
Vigor corporis,
Ardorque animi
Ad summam senectutem
Perventum iri spondent,
Tamque felicibus eventibus,
Quam
Primo adolescentiæ flore
Gubernacula Regni suscepit.

Id

*Omnès quām ardētissimē exoptant
(Utinam*

Tantorum votorum compotes fiant,) Scilicet,

Ut

*JO ANNIS vita
Annorum longitudine
Factorum gloriam
Æmuletur.*



FACULTAS CONGREGATIONIS.

*CENSURA R. P. JOSEPHI TRORANO,
S.Officij Qualificatoris, Trium Ordinum Mili-
tarium Examinatoris, Moralis Theologiae
Magistri.*

REVERENDISSIME PATER.

Librum primâ fronte inscriptum: *Ioan-*
nes Portugallia Reges advivum expressi ca-
lamo ab admodum R. P. Emmanuele
Monteyro, Congregationis nostræ decore,
de quo jubeor censere ex animi sententia,
laudare esset magis ex animo; siquidem
quidquid in eo, semel, & iterum perle-
cito invenio, me in Authoris, & Operis lau-
des impellit, allicit, inducit. Ea est Au-
thoris sublimitas, eaque Operis majestas,
ut ab Opere Author ipse sublimior; ab Au-
thore verò Opus Regium pariter enotef-
cat. Profectò mirabitur quantum hoc in
opere sese forma extollat, ut materiæ al-
titudini conformis evadat; evaditque; nam-
que nihil in eo non elatum; nihil non mag-

Hh nificum;

nificum; nihil non decorum. Mirabitur Au-
thorem in tam consimili gestorum serie, non
in eandem recidere sententiam, cum præ-
sæpe necessum sit eandem referre actionem.
Mirabitur qua gravitate incipiat, incæpta-
que ad imum deducat, quasi sublimitatem
à se natam minimè posset experiri degene-
rem. Mirabitur denique, sive spectetur ju-
dicum, & ingenium; sive doctrinæ copia,
& dispositio; sive styli puritas, & elegan-
tia, mirabitur (in quam) judicium acerri-
mum; ingenium acutissimum; doctrinæ co-
pia uberrima; dispositio ordinatissima; sty-
lique puritas, ac elegantia, quasi Augusti
sæculo effusa. Nihil equidem, nihil in his-
ce Elogiis reperitur, quod elogiis dignum
non reperiatur; nihil siquidem in illis ar-
chaicum: nihil obscurum; nihil illepidum;
imò sententiarum electio, eruditionis ap-
positio, acuminum præstantia, argutiarum
decentia, terminorumque proprietas, ad id
scripturæ genus natum indicant Authorem;
quippe qui accuratam totius latinitatis obser-
vantiam (veluti mare flumina) in se con-
tinens, dictionis puræ, ac masculæ elegan-
tiæ

tiæ fluenta propinat. Neque tamen dubito, (imò hinc, ni mea me mens fallit, ariorum) fore non nullos, qui, de tam acuratè absoluto penso, malè sentiant; sunt enim non nulli, quorum invidia transvertit sensus; verùm non mediocris hæc erit Authoris laus, scilicet, Optimè meritis coæquari, suoque in discrimine solabitur uno (neque enim in hoc perdifficili scripturæ generre sunt plures,) qui, egregius cùm fuerit acuminum repertor, vocatus est acuminum confarcinator. (*) Ea est multorum conditio, inficere, quæ nequit efficere, carpere, quæ non capit.

Censeo igitur Opus hocce tam disertè, ac graviter scriptum, dignum esse, cui facultas concedatur, ut quantò citius lúcem videat; debetur namque Reipublicæ litterariæ, cui iniquum esset non præstare, quod ad illam exornandam maximè conducit: debetur Regiæ Academiæ, quam injustum esset tam insigni scriptore fraudare: debetur Lusitaniæ, ne suo sola se jactet Thesauro Italia; Juglari Nicæa; Labè Gallia; debetur denique Congregationi nostræ, quam hoc præ-

(*)
Encomiorum, &
acuminum consar-
cinator, quem
plerique judicij
pravitate miran-
tur. Jovencius,
de Juglari Elo-
giorum Authore
loquens in lib. in
script. Magistris
Scholarum s. 3.
fol. mib. 49.

Hh ii clarissimo

clarissimo Authore longè arbitror inclareſ-
cere. Hoc meum Qualecunque judicium.
Ulyſſipone è Congregatione Oratorij Idi-
bus Septembris Anno Dñi M. DCCXLI.

Josephus Troyanus.

CENSURA R. P. RODERICI SADÆ,
Trium Ordinum Militarium Examinatoris,
Sacra Theologia Magistri Primarij.

REVERENDISSIME PATER.

LIber Elogiorum à P. Emmanuele Mon-
terio nostræ Congregationis composi-
tus, meæque censuræ commissus, ob-
ſequentem potius observationem, quām
censoriam animadversionem sibi vendicat.
Magno apud omnes in honore habetur Elo-
giorum Volumen Emmanuelis Thesauri,
Scriptoris Encomiaſtici insignis: at quantò
plūs honorandus, plurisque faciendus liber
iste, non illius Emmanuelis Thesauri, sed
alterius Emmanuelis theſaurus, planè ditif-
simus? Quinque continet Elogia, seu Quin-
que

que limpidissimos lapides , detorrente clari-
ssimi ingenij electos ; non qui in fronte a-
licujus adversarij infigantur ; nec enim ni-
si efrontem adversarium habere posse exis-
timo librum unde quaque præclarum , Lusi-
tano Regno apprimè gloriosum , ac nemini
non proficuum : lapides potius dicam pre-
tiosissimos , quibus Lusitanorum Regum co-
rona amplius decoretur , affulgeat , ac di-
toscatur : Lapides dicam pretiosissimos , appo-
sitè quidem non nisi quinaria numerum
adimplentes , scilicet , ut novo hoc peril-
lustri quinario insigniri gaudeant Lusitana
stegmata , quæ jampridem sacratori qui-
nario Redemptoris stigmatum decorari ge-
stiunt : lapides tandem dicam , in quibus
Regius Author , & nominis , & ingenij
æternum exaret monumentum . Ergo ut sen-
sum meum planè aperiam , nihil Fidei dis-
sonum , nihil bonis moribus repugnans , ni-
hil Congregationi nostræ indecorum con-
tinet liber iste optima quinque Regum en-
narrans facta , in quibus puritas Fidei nitet
quibusque ad rectè operandum ingenuæ
mentes alliciuntur ; quippe

Compo-

Componitur Orbis

*Regis ad exemplum , nec plus inflectere sensus
Humanos edicta valent , quam vita regentis.*

Quæ omnia , cùm à Congregationis
Filio accepta referantur , in ejusdem Con-
gregationis decus eximum redundare quis
neget ? Igitur dignum censeo librum , qui
typis mandetur , qui omnium oculis obver-
setur , qui omnium animis imprimatur. U-
lyssipone in Congregatione Oratorij die
27. Setembris 1741.

Rodericus Sadæ.

F A C U L T A S.

P. Dominicus Pereyra Præpositus Con-
gregationis Oratorij Ulyssiponensis fa-
cultatem cōcedo , ut Opus inscriptum:
*Joannes Portugallæ Reges ad vivum expressi ca-
tamo à P. Emmanuele Monteyro Congregationis
Oratorij Presbytero , ab aliquot ipsiusmet Con-
gregationis viris doctis ad id deputatis revi-
sum , & approbatum typis mandetur. In
cujus*

cujus rei fidem has litteras manu mea subscriptas, & Officij sigillo munitas dedi. Ulyssipone, è Domo Congregationis Oratorij. 30. Setembris 1741.

Dominicus Pereyra

Præpositus Congregationis Oratorij.

FACULTAS

ACADEMIÆ REGIÆ

CENSURA PRÆCLARISSIMI DOMINI

Philippi Macielis, in Tribunali pro Consci-

entia, & Ordinibus Militaribus Regij

Deputati.

Gratias vobis, Excellentissimi, & Il-
Glaurissimi Viri, quām possum maxi-
mas habeo; non quòd mihi Censori-
am Virgam tradidistis, sed quòd tantum
opus, ut verè dicam palmarium, inter pri-
mos legere pro vestra benignitate permisit.
Quale etenim ingenium, vel Bœoticum
erit,

erit, quod his argutiis vehementer non delectetur; & quantum valeat mens ritè, quantumque faustis sub penetralibus nutrita indoles non agnoscat? Vos tamen, Amplissimi Patres, ignoscite mihi, si vobis non obtempero, & virgà depositā, Opus non carpere, sed ad Operis coronam lauros carpere deliberavi. Fateor enim, me diffīsum ingenio meo Censoriam provinciam abhorre; quippe quantum me; Dij Boni? mea premunt, tantūm delectant aliena: haud me pœnitet de meo ingenio diffidere semper; etenim nescio quo pacto magis in studiis homines timor, quam fiducia decet; & quantum arrogantiam studiosis hominibus nocere, tantūm timorem, & diffidentiam prodesse cognosco. Verum Censorem agere audacter libeat; jamque Aris-tarchus fio: hunc Librum evolvo: hos quinque limpidissimos, & lepidissimos lapides auspicato de Pindi flumine ad temporis audaciam comprimendam electos contemplor: hoc tam difficile scribendi genus ad disciplinæ præcepta perpendo: temporibus nostris gratulor pro ingenio tali, quòd tam

acuta

acuta omnia , tam apta, tam expressa in his
lapidibus scripserit. In periculoſo negotio
verſatur , qui cum Regibus , aut de Regi-
bus loqui coactus est ; ſed tam decenter hi
lapides de Regibus loquuntur; ut non Scrip-
tor , ſed Reges ipsi loqui videantur. Satis
jam de tantorum Principum Virtutibus Poe-
ſis, Historia , Oratoria , Pictura , & Scul-
ptura Expresserant : hoc unum deerat , a-
nimam his lapidibus afflare : afflavit tan-
dem , & cineres immortalitati redivivos
reſtituit ; noſtrumque Auguſtissimum Pro-
tectorem in vivis ad huc penè Divinum præ-
ſagit, nunquam moriturum. Qualem famam
ad epiſci poterit hoc Opus , vos prudentiſſi-
mi rerum aſtimatores cognofcetis , quam
juſtu veftro in Gentibus ſparſam nulla viſ,
nulla aetas extinguet. **VIII. Idus Auguſti**

M. DCCXL.

Philippus Maciel.

**CENSURA PRÆCLARISSIMI DOMINI
Ludovici Francisci Pimentelij Regia Domus
Generosi, Regni Cosmographi Maximi.**

ILLUSTRISS. ATQUE EXCELLENTISS. Dñi. SAPIENTISSIMI CENSORES.

QUod à vobis habui gratissimum mandatum exequutus sum ; legique has quinque Inscriptiones totidem Lusitanorum Regum Imaginibus adjungendas, quas doctissimus P. Emmanuel Monterius eleganter & argutè composuit. In eis elucet ingens Auctoris eruditio , & summa dexteritas, qui egregio argumento egregium adhibens ingenium , stylo ad hoc genus scripturæ penitus accommodato gesta eorum Regum præcipua designat , summatimque laudes ostendit ; atque omnia præcepta adimplet , quæ de conscribendis Elogiis celebriores Magistri tradidere : jucundiores argutias imitatur in quibus ipsi excelluere: ipsis quandoque excellit.

In hoc solùm peccare arbitror Auctorem , quòd dum tantummodo pollicetur quinque Regibus ornamenta condere , suas etiam

etiam laudes Regum laudibus immiscet ;
æquâ lance suo nomini , ac illorum nominibus immortalitatem confert. Sic Phidias cum Jovis statuas construebat illius gloriæ particeps efficiebatur , consorsque in eo , quod sicut Jovem Phidias , ita Phidiam expressus Jupiter immortalitati commendabat.

Cæterūm cùm tam præclaris Auctor suum nomen inferat nominibus , non est quòd dubitem quin ab omnibus dignus æstimetur Regiæ Academiæ Socius in hujus Operis editione nominari ; nec quin ipsi Academiæ magno decori futurum sit nomen istius Socij , qui præstantiam sui meriti tam illustri significatione , exponit. Vestrum tamen est quod sit æquissimum cencere , atque edicere Ulyssipone Occidentalí Nonis Juliis Anno Domini 1741.

Ludovicus Franciscus Pimentel.

O Director, e Censores da Academia Real da Historia Portugueza daõ licença ao Padre Manoel Monteyro, para usar do titulo de Academico no livro intitulado : *Joannes Portugalliae Reges ad vivum expressi calamo*, vistas as Approvações dos Academicos , a que se commetteo o seu exame. Lisboa Occidental a 14. de Agosto de 1741.

Conde da Ericeyra.

Conde de Assumar.

Luiz Cezar de Menezes.

Alexandre de Gusmaõ.

Nuno da Silva Telles.

FACUL-

FACULTAS
SANCTI OFFICIJ.

CENSURA R. P. M. Fr. BERNARDI
do Desterro , Trium Ordinum Militarium
Examinatoris , Sancti Officij Qualifica-
toris , &c.

EMINENTISSIME, AC REVERENDISSIME DOMINE.

DE mandato Eminentiae Vestrae ma-
ximâ animi cum voluptate vidi , &
inspexi , diligenterque perlegi li-
brum , cuius titulus : *Joannes Portugalliae Re-
ges ad vivum expressi calamo à R admodum*
P. Magistro Emmanuele Monteyro Pre-
bytero Congregationis Oratorij Olyssipoc-
cidentalis , Regiae Academiæ Socio , in quo
cùm nihil repererim Orthodoxæ Fidei , aut
bonis moribus oppositum , nihil , quod ele-
gantiam maximam , & singularem in di-
cendo stylum , atque integritatem non de-
monstret , ideo illum omnino dignum cen-
feo

seo ut typis committatur. Ulyssipone Oc-
cidentali in Conventu S. Dominici 5. die
Maij anno 1741.

Fr. Bernardus do Desterro.

CENSURA R. P. M. DOCTORIS DOMNI
Joannis Evangelistæ Sancti Officij Qua-
lificatoris, &c.

EMINENTISSIME DOMINE.

FÆlix Ianè Calamus R. P. Emmanue-
lis Monteyro Ulyssipocciduæ Congre-
gationis Oratorij Præsbyteri, Regiæ-
que Academia Socij, quinque primos nos-
tri Lusitani soli, & solij Augustissimos
Imperatores, videlicet Joannes Portugalliaæ
Reges ad vivum exprimit quincuplici hoc
libro, quem præcepto Eminentiaæ vestræ
obtemperans acuratâ Cogitatione per le-
gi; nihilque in illo deprehendi, quod à
recta Fide, bonis ve moribus devians re-
prehendi valeat, vel quod summam ele-
gantiam,

gantiam , acerrimumque ingenij acumen
non redoleat.

Scio equidem , testante Bungo , Ægyptios olim Astrum pingere solere , dum quinarium numerum vellent significare: ast Sapientissimus hic Author , qui tot Astra pingit , quot Joannes effigiat , dum quinum reddit quemlibet è quinque , in quolibet splendescere facit Portugalliæ Quinas . Dignissimum igitur censeo adeo præclarum Opus , ut amoto sipario , publicum prodeat in theatrum , ne sub modio delitescens , literarium Orbem tanto lumine Orbum reddat . Hoc meum judicium . Ulyssipone Orientali in Regali S. Vincentij Cœnobio : die 12. Maij , anno 1741.

D. Joannes Evangelista.

VIstas as informaçoens , pódem-se imprimir os Elogios , que se appresentaõ ; e depois de impressos tornaráõ para se conferir , e dar licença , que corraõ , sem a qual naõ correráõ . Lisboa Ocidental 12. de Mayo de 1741.

Fr. R. Alancastro. Sylva. Soares. Abreu.

FA-

FACULTAS
ORDINARIJ.

O'dem-se imprimir os Elogios, de que
se trata, e depois de impressos tor-
narão, para se conferir, e dar licença pa-
ra que corraõ. Lisboa Occidental 5. de
Junho de 1741.

D. Valerio Arcebispo de Lacedemonia.

FACU-

HA

FACULTAS
REGIA.

CENSURA R.P.M.D. JOSEPHI BARBOSA

Regiae Academiae Socij, Trium Ordinum Militarium Examinatoris, Brigantina Domus Historiographi.

D O M I N E

Erat animus patrio sermone meam de hoc libro sententiam dicere; ab sonum quippe mihi videtur Lusitanè interrogari, & latinè respondere; sed ne aliis injuriosus fiam, qui latinè scripserunt, latiali sermone dicam quod sentio. Ea curâ, & brevitate, qua potui, ne utilitati publicæ nocèrem, evolvi librum, cui titulus: *Joannes Portugalliae Reges à Patre Emmanuele Monteyro, doctissimo Congregationis Oratori Ulyssiponensis Præsbytero compositum.* Nihil in eo inveni reprehensione dignum: omnia excitant admirationem, seu spectetur argutiarum pondus, & numerus,

Kk

seu

seu copia dicendi perpetuò florens , seu in
similibus jocundissima novitas. Exprimit
ad vivum virtutem bellicam , qua Joannes
Portugalliarum Reges , vel ut Patriam serva-
rent , vel ut fines Imperij dilatarent , hos-
tes debellarunt ; prudentia , cuius gratia
Respublica stetit ; & mores verè Regios,
ad cuius exemplum tota se Aula composuit.
Ut Opus æternitati commendaret , usus est
Author calamo pro penicillo ; nam colores
pallent , & evanescunt temporis diurni-
tate ; æternant vero sudores typographici.
In dubium verti poterit ; superet ne Opus
materiam ? Satis erit dicere , quod æquavit.
Siquis neicit Authorem , optimè noicit ex
libro , qua de causa Regalem Pentagonum
juri publici faciendum esse judico ; non
enim peccabit in Regnum , qui de Regi-
bus scribit , nec in eorum leges , qui Le-
gislatores laudat. Sic censeo. Ulyssipone in
Domo Sanct. Mariæ de Divina Providentia
Clericorum Regularium 3. Idus Octobris,
anno à reparata salute millesimo septingen-
tesimo quadragesimo primo.

D. Josephus Barboza C. R.

Que

Que se possa imprimir vistas as licen-
ças do Santo Officio , e Ordinario , e
depois de impresso tornará á Mesa
para se conferir , e taxar , e dar licença que
corra , e sem isso não correrá. Lisboa 12.
de Outubro de 1741.

Teixeyra. Cardial. Costa.

LICEN-

L I C E N C, A S.

Do Santo Officio.

C Ohæret cum originali. Ulyssipon. in
Congregat. Oratori 19. Aprilis 1743.

Philippus Tavares.

V Isto estar confórme com o original,
pôde correr. Lisboa 26. de Abril de
1743.

Fr. R. Lancastro. Teixeira. Sylva. Soares.
Abreu. Amaral.

DO ORDINARIO.

P O'de correr. Lisboa 27. de Abril de
1743.

Dantas.


DO PAC,O.


Q Ue possa correr. Lisboa 26. de Abril
de 1743.


Pereira. Teixeira. Vaz de Carvalho. Costa.





6988













EMMANUELE
MONTEYRO

JOANNES
PORTUGALLIAE
REGES